




N.o 402. A. 1.







Sacri Camaldul...

stituti licite matrimonio p̄st uti. Quia g̃ auctorita
te gg̃orii qui relictam diaconi marito tradidit.
puniendus ē. Itē̃ in eo cesariensi co ālio p̄br diaconus
uxorem n̄ diaconis iubetur deponi. It marchota
na sinodo diaconi qui in ordinatione sua dicunt
se uelle uxores. si p̄ea ad nuptias uenīnt. n̄ p̄ehibē
tur a ministerio. patet q̄ nec diaconi nec subdiaconis
p̄hibendi a coniugio. S; qđ de electione obicit ū um
quid ē inepatū n̄ eligendū. n̄ i sacris ordinibus
constitutum. S; ipm̄ uxorem h̄ie 7 filios non repu
gnat. p̄missis auctoritatib; de continentia cleri
in laicali eñi habitu l' in minoribus ordinib; con
stitutus. potuit h̄ic uxorē 7 filios. p̄ea cū ē sesu u
corī cūnentiā p̄fessus. subdiaconatū l' diacona
tū. l' p̄btīu gradū adept' fuit. 7 tn̄ uxori 7 filiis ipm̄
necessaria subministrare oportebat. Illd aūt gg̃.
duob; modis solui. l' quia eccl'a illa. cui diaconus
ille ministrauit n̄dū continentie uotū suscepit.
in diaconib; 7 reliq̄ ministris. l' quia s̄ct de decto
Sepim... sept'ū ē. aūt subdiaconatū memorat'
diaconus cū uxore duxerat. Illud aūt neocensis
Ancirtitane sinodi. l' ex tp̄r. l' ex loco intelligitur
Ex tp̄r: q'a n̄dū erat introducta continentia minist
orū altaris. Ex loco. quia utraq; sinodus orientalis
est. 7 orientalis eccl'a. n̄ suscepit g̃n'ale uotū castita
tis. s; tm̄ diligentiori obs'uatione custodit. ut p'
adeptum sacerdotiu defuncta pori uxore cū qua s̄c
dos fuit. si altam ducit deponatur. It opponit'
illud q̄ legit' in canone aplor. Pbr causa religionis
uxorē p̄priam contēpnere non debȝ.

I quis docuit sacerdotē sub obtentu religionis
p̄priā uxorem contēpnere. anathema sit. It ecōd
alio gangensi. Anathema sit q p̄br cōiugatū di
I quis discernit p̄br̄m sc̄ernit nuptiaȝ occasiōe.
cōiugatum tāquā occasione nuptiaȝ q offer
re non debeat. 7 ab eius oblatione io abstinȝ. anat
hema sit. It ex sexta sinodo. Ab offitio abstineat
p̄b in nuptiis p̄br. illegalib; nuptiis detēptus.
illegalib: detētū cathedram qđ habet ab offi
tio abstinē p̄cipimus. Sufficit eni h'mōi indulgentia
ei. q'a benedicē aliis cū q'ui uulnera sua debȝ curare
eēqui n̄ ē. b̄ndictio n scific a... tradicio ē. Qui
ū hanc n̄ ht p̄ delictum ignorantie. quo n̄ aliis
tradi... Nō eni pl... neque p̄uate b̄ndicat. nec
corp' dn̄i dispensȝ aliis. nec alio modo ministret.
s; sufficiat ei q' p'sidet. 7 imploret a dō. ū dimittatur
ei iniquitas ignorantie sue. Manifestū ē aūt q
h'uiusmodi illegitime nuptie soluent. 7 nullatē
nus uir accessū ht ad ea. p̄p quā sacro mīstio p̄
uatus ē. It nicolaus. ad consulta bulgaroȝ. De p̄s
bitis non ē laicis iudicandum.

Consulendū decernitis utrū p̄b̄m h̄ntem uxorē
debeatis sustentare 7 onerare. an a uobis p̄icere.
In quo respondem' q̄m lic; ipi ualde sint rep̄hensi
biles. uos tn̄ dn̄m conueñ imitari. qui solem suum
facit. o. s. b. 7 m. deicere eni a uobis. io n̄ debens.
q̄m iudā nec dn̄s cū eēt malus discipl's. a numo dis
cipłoȝ deiecit. Verū de p̄b̄ris uos q' laici estis. nec
iudicandi. ē. nec de uita coȝ. q̄cq̄ inuestigandū.
s; ep̄oȝ iudicio quicquid illud sit est reseruandum.

¶ Sz notandum ē q̄ s' his uoc.. pleraq' capita. ex cinn
ex loco. ex tp̄r. e's... ̃s. Illud aūt qđ in canone
apostolorū. 7 i. vi. sinodo legit'. ex ... consilio ... 7 ex tp̄r.
causa fuit hēsis manicheoȝ. q cōiugium detesta
bat' s; tēmp' quo nondū erat institutum. ut sacer
dotes cōtinentiam seruarent. Vn̄ gg̃ scribit petro
subdiacono sicilie. Qui castitatē n̄ p̄misit ab uxo
re sua separi nō cogatur.

Ante triennium oīū ecc'a'ū subdiaconi sicilie p̄h
ibiti fuerant. ut romane more eccl'e suis uxorib;
nullatenus misceant. Quod m̄ durū atq; incōpe
tens uidet'. ut q usū continentie n̄ inuenit. neque
castitatem p̄misit. cōpellatur uxore a sua separi.
atq; p' hoc q' ab sit in deterius cadat. Vn̄ uidetur m̄. ut
a p̄senti die ep̄is oīs dicat'. ut nullum facere p̄sumat.
n̄ qui se uicturū caste p̄miserit. quaten' 7 p̄t'ita que
p̄posito mētis appetita n̄s. uiolent' n̄ cogant. 7 futu
ra caute caueant. Qui uō p' eiō p̄hibitionem que uit
triennium facta est. contineñ cū suis coniugib; uixe
runt. laudandi atq; remunerandi s. atq; in bono suo
p̄maneant exortandi. eos aūt qui p' p̄hibitionem fac
tā a suis se uxorib; continere noluīt. ad sacrum or
dinem nolumus p̄moueri. quia nullus debȝ ad al
taris ministiū accede. n̄ cuius castitas aū susc'ā
ptum ministiū fuit app'bata. ¶ Causa uō huius
institutionis munditia fuit sacerdotalis. ut libe
cuntis diebus orōi p̄sent uacare. Sic' ut ap'ls ait.
ab uxorib; ē cessandū ut expediti orationi uacent.
ministris itaq' altaris quib; cotidiana necessitas orā
di incumbit. nunquā cōiugali offitio. uacare p̄mi
tit'. Vn̄ beda sup luca ait. Sacerdotib; sēp castitas
a sacerdotib; ut sēp ualeat obs'uanda p̄cipitur.
altari assistere. sēp ab uxorib; ē tinendū. sēp casti
tatis obs'uanda p̄cipitur. It in concilio. ii. cartagi
nensi. Qui diuinis sacramentis deseruiūt. cōtinen
pōs. p̄b̄ris. diacones ita ut placuit tes ēē oportet.
7 decȝ sacro sc̄os antistites aut sacerdotes. aut le
uitas. l' qui sacramentis diuinis inseruiunt. cōtinē
tes ēē decet iōib;. It innocentius uictorio rotomagen
si ep̄o. Sacerdotes 7 leuite cū uxoribus suis misceri n̄ debȝ.
Tenere debet eccl'a. ut omi modo sacerdotes 7 leui
te cū uxorib; suis n̄ misceant. q'a ministiū cotidiani
necessitatib; occupant'. Sc'ptū ē n. Sc̄i estote quia
sc̄s sum. Qm̄s eō ut. nā p̄scis temporib; anno uicis sue
de tēplo n̄ discedebant. sicut de zacharia legim'. nec
domū suā oīo tāgebant. quib; utiq' p̄p sobol' successio
nem. usus suā relaxat'. quia ex alia tribu. n̄ ē de semi
ne aaron. ad sacerdotium nullus accedere p̄cipitur.
Quanto magis hii sacerdotes. 7 leuite. pudicitiā. ex die
ordinationis sue. obseruare debent. quib; l' sacerdotiū.
l' ministiū. sine successione ē. nec p̄terit dies qua l' a sa
crificiis diuinis. l' a baptismatis offo uacent. Id exsu
pio tortonensi ep̄o. Qui ab uxorii officiis abstinet ad sacrificia admit
tēs ad sacrificia fēs sit admitti. qui l' cum uxore n̄ debet
aūt carnale offitium. It ieē. ex iouinianum. Sacer
dotum sēp ē orandū sēp ē matrimonio carendū.
Si laicus 7 quisq; fidel' n̄ pōt orare n̄ careat offitio
coniugali. sacerdoti cui sēp offerenda s̄ sacrificia. sēp
orādū ē. Si sēp orādū. q' sēp er matrimonium carendū.
¶ Dō aūt ē manicheoȝ de cōiugio sacerdotū illud sup



dictum sit. ex gangrensi concilio apparet. In quo sic statutum legitur. Anathema sit qui nuptias uituperat.

Si quis uituperat nuptias. et dormientem cum uiro suo fidelem ac religiosam detestatur. aut culpabilem estimat. uelud que regnum dei introire non possit. anathema sit. Item ex eodem. De eodem.

Si quis uirginitatem custodiens. aut continentie studens. non ut ordinem dicens nuptias. nec propter hoc bonum et sanctum est. nomen uirginitatis assumit anathema sit.

¶ Potest et aliter intelligi illud quod in canone apostolorum legitur. ut iste sit sensus capituli. Sicut docet uxorem suam sacerdotem contempnere. non uxorem quam in sacerdotio accepit. sed quam iam dudum adhuc esset laicus. uel in minoribus ordinibus constitutus. sibi copulauit. Cum qua continentiam professus est. cum ad sacros ordines ascenderet. quam nullus debet contempnere. hoc est ab animo et cura sua abicere. quin ei necessaria prouideat. plurimum autem huic interpretatio auctoritatis leonis pape. qui scribens rustico narbonensi episcopo ait. Ministris altaris episcopis et presbiteris esse loco continentie.

Ex continentie eadem est altaris ministris. que episcopis aut presbiteris. qui cum essent laici siue lectores. licite et uxores ducere. et filios procreare potuerunt. Sed cum ad predictos peruenerunt gradus. ceperit eis non licere quod licuit. unde ut de carnali fiat spirituale coniugium oportet eos nec dimittere uxores. Sed quasi non habeant sic habeant. quo et salua sit caritas conubiorum. et cessent opera nuptiarum. Item leo. uiii. ex epistola niceta abbatis. Episcopo uel presbitero uxorem propriam a sua cura non abiciat.

Omnino confitemur non licere episcopo presbitero diacono propriam uxorem causa religionis abicere a cura sua. sed uictum et uestitum largiatur. Sed non ut cum illa ex more carnaliter iaceat. sic et sanctos apostolos legimus egisse beato paulo apostolo dicente. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi. sicut fratres domini et cephas. uidem sapiens. quod non dixit. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi. sed circumducendi. scilicet ut mercede predicationis sustentarentur ab eis. nec tamen deinceps foret inter eos matrimonialis carnale coniugium.

¶ Ut gentis auctoritatibus apparet sacerdotes uxoribus quas in laicali habitu. uel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copulauerint. necessaria subministrare debitum reddere non ualent. Sed obicitur illud. tripartite ystorie. De suasu paphnutii in nicena synodo non est statutum ne presbiteri

Cum sancta sinodus uolens corrigere hominum cum sororibus non dormire. uitam in ecclesiis commorantium. posuit leges quas canones nuncupamus. in quarum tractatu uidebatur aliquibus introducere legem. ut episcopi presbiteri diaconi subdiaconi cum coniugibus quas ante consecrationem duxerant non dormirent. Surgens autem paphnutius confessor et dixit. honorabiles nuptias confessus. et castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. suasitque concilio. ne talem ponerent legem. graue esse asserens causam que aut ipsis. aut eorum coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et hec quidem paphnutius licet nuptiarum esset inexpertus. exposuit. sinodus que laudauit sententiam eius. et tacuit ex parte sanctiuit. Sed hoc in unius cuiusque uoluntate non necessitate permisit. Item. vi. sinodus. Non in perpetuum sed tempore oblationis a complexu suarum uxorum sacerdotes abstineant.

Quoniam in romano ordine canonis esse cognouimus traditum. eos qui ordinati sunt diaconi. uel presbiteri confiteri quod iam non suis copulentur uxoribus. antiquum sequentes canonem apostolice

diligentie. et constitutionis sacrorum uirorum legales nuptias amodo ualere uolumus. nullo modo cum uxoribus suorum conubia dissoluentes. aut priuantes eos familiaritate adinuicem tempore oportuno. Quicumque igitur diligens fuerit inuentus sub diaconorum nali ordine actione. aut diaconali aut sacerdotali. hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum. propriorum sue cohabitatione. nec in tempore ordinationis sue profiteri cogantur. quod abstinere debeant a legali uxoris familiaritate. Item oportet eos qui altari ministrant. in tempore oblationis sanctorum continentes esse in omnibus. ut ad deum possint consequi que simpliciter postulant. Si quis igitur presumpserit contra apostolicos canones aliquos presbiterorum. diaconorum. priuari a contactu et communione legalis uxoris sue. deponatur. Similiter et presbiter aut diaconus. qui religionis causa uxorem suam expellit. excommunicetur. Si uero in hoc permanserit. deponatur. ¶ Hoc autem de loco intelligendum est. Orientalis enim ecclesia. cui. vi. sinodus regulam uiuendi prescripsit. uotum castitatis in ministris altaris non suscepit. unde stephanus papa ait. Occidentalis non orientalis ecclesia castitatis uotum obtulit.

Latet se habet orientalium traditio ecclesiarum. aliter huius sancte romane ecclesie. Nam eorum sacerdotes diaconi. atque subdiaconi. matrimonio copulantur. Istius autem ecclesie. uel occidentalium. nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

¶ Similiter et capitulum nicolai ex eodem loco consideretur. quia gens bulgarorum nouiter ad fidem conuersa. propositum sacre religionis ex integro assumere non dum didicerat. Quod autem in capitulo. vi. synodi. presbiter nuptiis non legitimis detentus punitur. non legales nuptie. secundum intelligendum est. a quibus auctoritate canonum quilibet sacerdos debet esse immunis. Illud autem gangrensis concilii. si quis discernit presbiterum coniugatum. et cetera. Similiter intelligendum est uel localiter editum. uel coniugatum ab ea appellatum quam ante tempus sue ordinationis duxerit. Illud quoque martini pape. si subdiaconus secundam duxerit uxorem non dissimiliter intelligendum est. Primam enim uxorem ante subdiaconatum habere permittitur. Qua premittitur defuncta. uel castitatem professa. promouetur iste subdiaconatu promotus autem si secundas dessiduerit nuptias. sententie martini pape subiacebit. ¶ Seruanda est igitur continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis. unde leo papa. ait. Nec etiam conubium sub

Ut in extra clericorum ordinem. diaconibus conceditur.

constitutis nuptiarum societati. et procreationi filiorum studere sit liberum. ad exhibendam tamen perfecte continentie puritatem. nec subdiaconibus carnale quidem conubium conceditur. ut et qui habent sint tamquam non habentes. et qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus est a capite dignum est custodiri. quanto magis in primo uel secundo. tertio ue seruandum est. ne aut leuitico. aut presbiterali honore. aut episcopali excellentia quisquam ydoneus estimetur. qui se a uoluptate uxoria nec dum refrenasse detegitur. Item gregorius. augustino anglorum episcopo. Extra sacros ordines constituti. ducant uxores. et ab ecclesia stipendia accipiant.

Si qui uero sunt clerici extra sacros ordines constituti qui se continere non possunt. sortiri uxores debent. et stipendia sua exterius accipere. Quia et de eisdem patribus nouimus scriptum quod diuidebatur singulis prout cuique opus erat. De eorum quoque stipendio cogitandum. atque prouidendum est. et sub ecclesiastica regula sunt tenendi. ut bonis moribus uiuant et canendis inuigilent. et ab omnibus illicitis. et cor et linguam et corpus deo auctore conseruent. Item nicolaus papa. ad omnium uenerem

si archiepiscopo. Subdiacono uxorem ducere non licet.

De illo clerico aliudco nomine. quem per ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum uenisse dicitis. cum uirtutem auctoritate uxorem duxit miramur. cum nulli umquam exceptis illis. quibus ecclesiastica regula hoc non permittit uxorem ducendi licentiam damus. Item alexander. ii. Non est audienda missa a presbitero qui concubinam habuerit.

Ret hoc autem precipiendo mandamus ut nullus missam audiat presbiteri quem scit concubinam indubitanter habere. uel subintroductam mulierem. Unde etiam sancta sinodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit dicens. Quicumque sacerdotum diaconorum. subdiaconorum. post constitutum beate memorie predecessoris nostri sancti leonis. aut nicolay de castitate clericorum concubinam palam duxerit. uel ductam non reliquerit. ex parte omnipotentis dei. auctoritate apostolorum principum. petri et pauli precipimus. et omnino contradicimus. ut missam non cantent. nec euangelium legat. neque epistolam ad missam. neque in presbiterio cum his ad diuina officia qui prefate constitutioni obedientes fuerint. maneat. neque partem ab ecclesia suscipiat. Precipientes et statuimus. ut hi predictorum ordinum. qui eidem predecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint. iuxta ecclesias. sicut oportet religiosos clericos simul manducent et dormiant. et quicquid ab ecclesiis competit. communiter habeant. Omnino ut primitie. et decime. seu oblationes uiuorum et mortuorum. ecclesiis dei fideliter reddantur a laicis. et ut in dispositione episcoporum sint. Quas qui retinuerint a sancte ecclesie communione separentur. Item ex. vj. sinodo. Qui uxorem ducere uoluerit ante ordinem

Si quis eorum qui ad clerum subdiaconatus hoc faciat.

accedunt uoluerit nuptiali mulieri copulari. hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Item ex concilio cartaginensi. iii. Lectores aut uxores ducant. aut continentiam profiteantur.

Lectores cum ad annos pubertatis uenerint. cogantur aut uxores ducere. aut continentiam profiteri. Item gregorius. bonifatio episcopo regitano. Subdiacones continentiam obseruare oportet.

Subdiaconibus autem. hoc de singulis statuimus. decreuimus obseruari. nec illam constitutionem nostram. cui quidam contumaciter assinas. aut temeritate corrumpi. Item urbanus secundus. in sinodo aput melphiam. Beneficio et officio careant. qui post diaconatum uxoribus uacant.

Eos qui post diaconatum uxoribus uacare uoluerint. ab omni sacro ordine remouemus. officio quoque atque beneficio ecclesie carere decernimus. Quod si ab episcopo commoniti non se correxerint. principibus licentiam damus. ut eorum feminas mancipent seruituti. Sic sensit uero ex eorum prelatis. ipsi officiis inter dictione mulcentur. Item dominico gradensi episcopo patache. Ordinandis a suorum graduum dignitate subdiaconi et deinceps secundum

Rubescant impii. et aperte intelligant. non esse noluerint. iudicio sancti spiritus. eos qui in talibus sacris gradibus presbiteratu. diaconatu. subdiaconatu positi. mulierculas nequam abiecerunt. et caste non uiuerint excludendos ab eorum graduum dignitate. de manifestis quidem loquimur. secretorum autem cognitor et iudex deus est. Item meldensi sinodo presidens ait. Ad sacros ordines non accedant. nisi uirgo. aut probate castitatis.

Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere. nisi aut uirgo. aut probate castitatis. et qui usque ad subdiaconatum unicam et uirginem uxorem habuerit. Item cartaginensi concilio. In hiis gradibus constituti et ab uxoribus abstineant.

Placuit. episcopos. presbiteros. diaconos. subdiaconos. secundum priora statuta. et abstinere ab uxoribus. quod si non fecerint. ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros uero clericos ad hoc non cogi. sed unius cuiusque ecclesie consuetudinem obseruari

debere. Item leo ex epistola niceta abbatis. In minoribus ordinibus constituti uxores ducant. non uoto et religioso habitu

Ex tantum et apte prosequamur quod in sancta prohibetur. romana ecclesia in gradibus diaconi ait. Clericos hostiarios. lectores. exorcistas. acolitos. si extra uotum et habitum monachi inueniantur. et continentiam profiteri noluerint uxorem ducere uirginem. cum benedictione sacerdotali permittit. Non autem uiduam. aut repudiatam. quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi potuerit. nec laicus non uirginem sortitus uxorem. aut bigamus ad clericatum. uel si quis ex prefatis ordinibus descenderit. ad subdiaconatum ascendere non potest. sine consensu uxoris sue. ut fiat de carnali deinceps spirituale coniugium nemine eos cogente. neque permittitur presbiteri uxor iungi eidem matrimonio suo carnaliter. nec cum qua nube inuita. aut post mortem illius. Item. ex calcedonensi concilio. Non licet clericis altius sacre uxorem accipere.

Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est lectoribus et psalmistis uxores ducere constituit sancta sinodus. non licere cuiquam ex his accipere secte alterius uxorem. Item niceni concilii cap. iii. Non habitet cum clericis mulier. non quam natalis secede

Interdixit per omnia sancta sinodus omnem suspicionem excludendam. non episcopo. non presbitero. non diacono. non alicui omnino qui in clero est. licere subintroductam habere mulierem. nisi forte aut matrem. aut sororem. aut amitam. aut etiam ydoneas personas que fugiant suspiciones. Item gregorius in dialogo. libro. iiii. Presbiter uxorem suam quasi sororem diligat. et quasi hostem fugiat.

Presbiter quidam commissam sibi regebat ecclesiam cum magno timore domini. qui ex tempore accepti ordinis presbiteram suam ut sororem diligens. sed quasi hostem cauens ad se propius non accedere sinebat. eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit. ¶ Ecce quod in sacris ordinibus constitutis uxores habere non possunt. uel si bigamus aliquis fuerit inuentus ad sacros ordines ascendere non ualet. Sed queritur sicut post uxorem concubinam habuit. utrum in sacerdotem promoueri ualeat. Ita ad sacris ordinibus auctoritate canonum apostolorum prohibetur. In quibus sic statutum legitur. Si quis nuptiis post baptisma copulatus aut concubinam habens ad sacrum

Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis ordinem clericorum non fuerit nuptiis copulatus. aut concubinam habuerit. non potest ualere fieri episcopus. nec sacerdos nec diaconus. aut prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt. ¶ Deseruientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi. qui calicem diacono offerunt. et acoliti qui ceteris diaconos precedunt. urceolum ferentes cum quo uinum et aquam preparando calici subministrant. Concubina intelligenda est post uxorem ut iste sit sensus capituli. Sicut post acceptum sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus. aut concubinam habuerit. distinguendum est. ante quam uxorem duxerit. siue post mortem uxoris. unde beatus gregorius ait. Duarum matronarum maritus post baptismum clericus

Maritum duarum matronarum non ordinetur.

Post baptismum clericum non ordinandum censuimus. nec eum qui unam quidem concubinam. uel meretricem in matrimonium assumpsit. nec illum qui semet ipsum abscidens. quolibet membrum resignatione aliqua. uel iusto uel iniusto terrore superatus truncauit. neque illos qui usuras acceperint se conuincuntur. aut in scena lusisse noscuntur. nec eum qui publica penitentia. mortalia crimina defleuit. neque illum qui in furiam aliquam umquam insanuit. uel afflictionem diaboli cauerit est. neque cum qui per exceptionem admittantem

Simonis magi pecuniam obtulit. Item Innocentius papa Felici episcopo. cap. iii. *Qui post baptismum uxores habent, si postea religiose uixerint, clerici fieri non prohibentur.*

Dici qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut in nullo eorum opinio uacillet, aut cum eis uiuentes sunt, aut monasteriis ex quo baptizati sunt, si non concubinam, si non pellicem nouerint, si in bonis operibus uigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi. § Concubina autem hic intelligitur, que cessantibus legalibus instrumentis unita est, et coniugali affectu asciscitur. Hanc coniugem facit affectus, concubinam lex nominat. De hac dicitur in concilio Toletano. *Qui non habet uxorem loco illius concubinam habere licet.*

Is qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur. Tantum ut unius mulieris, aut uxoris aut concubine, sit coniunctione contentus. Item Ysidorus. De distantia ueteris et noui testamenti.

Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut uxorem, aut certe loco uxoris si coniux deest concubinam. § Ceterum si talis concubina fuit, et etas illi de quo agitur suspicione incontinentie auferre dinoscitur, apostolica concessione ad ordinem diaconatus prouehi potest. Unde Pelagius papa scribit Florentino episcopo. *Qui post mortem uxoris de ancilla filios habuit diaconus fieri non permittitur.*

Fraternitatis tue relatione suscepta, cum latorem presentium quod nuptias cepturum non fuisse dicimus, castitatem tamen eum post non seruasse coniugio designasti. Et quamuis multa sint que in huiusmodi casibus obseruari canonice precipit subtilitatis auctoritas, tamen quia defectus nostri temporis, quibus non solum merita sed corpora ipsa hominum defecerunt, distinctionis illius non patitur manere censuram, et etas isti de quo agitur incontinentie suspicionem auferre dinoscitur, ut ad diaconatus ordinem possit prouehi concessisse nos nouerit. Dicitur enim non ancillam eius qua post uxoris transitum filios habere confessus est, iubemus ut tua dispositione cum eo in monasterio continentiam professura tradatur. § Quod ergo de pellice et meretrice Innocentius scribitur, propter spem future incontinentie constitutum esse constat. Quia difficile continentiam seruat, que se illicito concubitu maculare non metuit. Ex hoc prohibetur ordinari qui pellicem uel meretricem cognouit maritali affectu, uel que corrupta florem uirginitatis amiserat, uel quam meretricari non desinit, licet uxorem ducat. Utrumque enim impedimentum cuilibet prestat, quominus ad sacros ordines peruenire ualeat. Unde Ilarius papa scribit dicens. *Qui non uirginem duxit uxorem ad sacrum ordinem non accedat.*

[illegible] In primis est ne ad sacros ordines sine gestis pontificibus aut presbyteris, qui quis uxorem uirginem non duxit aspiret. Item Gregorius urbis Rome episcopus Fulgentio episcopo. *Bigamus, uel penitentes, corpore uitiatus, litteras ignorantes, curie uel condicioni obnoxii clerici non fiant.*

Recipimus neuumquam illicitas ordinationes facias, nec bigamum, aut qui uirginem non est sortitus uxorem, aut ignorantem litteras, uel quolibet parte corporis uitiatum, uel penitentem, uel curie aut cuilibet condicioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere. Sed si quos huiusmodi reperis, non audeas promouere. Item in Neocesariensi concilio. *Non fiat sacerdos cuius uxorem euidenter constat adulterium admisisse.*

Si cuius uxorem adulterium commisisse cum esset laicus euidenter fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu eo constituto adultera fuerit, dimittere eam debet. Si uero retinere eius consortium uelit, non potest suscepto ministerio perfrui.

§ Premissis auctoritatibus bigami, et qui uirgines non sortiti uxores, a sacris ordinibus prohibentur. Sed queritur, si quis ante baptisma uiduam duxit uxorem, an pro pacto sit prohibendus a sacris ordinibus. De his ita scribit Innocentius papa Uictricio Rotomagensi episcopo. *Qui ante baptisma* [seu post baptisma] *uiduam duxit uxorem non admittatur ad clerum.*

Si quis uiduam licet laicus duxit uxorem, seu ante baptismum, seu post baptismum, non admittatur ad clericatum, quia eo uitio uidetur exclusus. In baptismate enim crimina dimittuntur, non accepte uxoris consortium relaxatur. Quod si non putatur uxor esse computanda que ante baptismum ducta est, ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filiis habeantur. § Prohibentur et bigami a quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambrosii ad Uercellenses. *Qui secunda coniugia sortitur clericus non fiat.*

Cognoscamus non solum de episcopo et presbytero apostolum statuisse, sed et patres in concilio Niceno tractatu addidisse, clericum quemquam non debere esse qui secunda coniugia sit sortitus. § Similiter et uiduarum mariti, uel ancillarum, uel meretricum clerici fieri non possunt. Unde in canonibus apostolorum legitur. *Spectaculis publicis mancipatam, eiectam uel ancillam ducens uxorem diaconus non fiat.*

Si quis uiduam et eiectam accepit, aut meretricem, aut ancillam, uel aliquam de his que publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt. § Sed postea temporum districtum condescendens papa Martinus minoribus ordinibus eos constitui permisit dicens. *Inter lectores uel hostiarios deputetur subdiaconus ducens secundam uxorem.*

Si subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter lectores uel hostiarios habeatur, ita tamen ut apostolum non legat. § Necessitate tamen exigente bigamus usque ad subdiaconatum potest promoueri. Unde Martinus papa ait. *Uiduam ducens uxorem subdiaconus fieri potest.*

Lector si uiduam alterius uxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, nichil autem supra. Similiter et si bigamus fuerit. § Uidua uero est intelligenda si post solempne fedus nuptiarum morte interueniente a uiro suo diuisa fuerit. Cum si namque contigerit fatali necessitate ab ultimis diuisi fuerint, licet ex sponsalibus uxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi et sponsam sit ducta, et cum ea uelata uidua appellatur, nec ex eius copula a sacris ordinibus aliquis prohibetur. Unde Pelagius papa scribit. *Qui cum alio uelatam, non tamen illi nuptam, uxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur.*

Ualentino duci. Mulier cum alio ante uelata non tamen illi nupta, sed uirgo permanens, post mortem eius cum quo uelata erat sponso coniugali copula sociata, quamuis eam uiduam accepit, nullum in promouendo generatur obstaculum, quamuis contra ad hunc articulum pertinet, quod [illegible] obuiet constitutum. § A quibus ordinibus bigami prohibeantur, et utrum reputentur bigami qui ante baptismum habuerit unam et post baptismum alteram, et an liceat sortiri uxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breuiter monstratum est. Sequitur autem in descriptione illa apostolica, ut sit sobrius qui ordinandus est, non uinolentus. De qua auctoritate ueteris testamenti introductum est. Ministri templi prohibentur uinum et sicera bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, ut sensus eorum uigeat semper, et tenuis sit. Et quia uenter mero estuans facile despumat in libidines. Unde Noe ebrietate nudauit femora. Loth, quem Sodoma non uicit, uina uicerunt. Quod autem uinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter uino repletus debet intelligi. Unde et in canonibus apostolorum legitur. *Diaconus, presbyter et episcopus ebrietati et alee deseruiens, nisi desierit, deponatur.*

Episcopus aut presbyter aut diaconus alee atque ebrietati deseruiens, aut desinat aut certe damnetur. Subdiaconus autem aut lector aut cantor similia faciens aut desinat aut communione priuetur. Similiter et laicus. § Oportet et ordinandum esse prudentem, quia esse eos non doctos, quos sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem oportet episcopum intelligi, non solum litterarum peritia, uerum et secularium negotiorum dispensatione. Unde precepit Gelasius papa. Legitur. *Illiteratum et corpore uitiatum non promoueant ad clerum.*

Illiteratos aut aliqua parte corporis diminutos nullus presumat ad clericorum ordinem promouere, quia litteris carens sacris non potest esse aptus officiis, et uitiosum nichil deo prorsus offerri legalia precepta sanxerunt. Similiter qui se ipsos absciderunt. Item Zosimus papa. *Ad summum sacerdotium non aspiret qui diu in ecclesiasticis disciplinis stipendiis non est eruditus.*

Ut ecclesiasticis disciplinis porro non est imbutus, temporum uero approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare presumat, et non solum in eo ambitio inefficax habeatur, uerum in ordinatores eius careant eo ordine quem sine precepta patrum esse dicatur presumpsisse. § Ecce quod sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam. Unde in ueteri testamento inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio et ueritas, quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio ueritatis. Hinc et uectes quibus archa portabatur iugiter anulis erant inserti, ut cum archam esset portanda nulla fieret mora de immittendis uectibus. Quia predicatores per quos ecclesia circumfertur sacris litteris semper debent insistere, ne tunc querant discere cum ex officio alios debeant docere. Hinc et David per spiritum sanctum egregia donum scientie percepit, et postea regni administrationem assecutus est. Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius uite, sed sapientiam a domino petiit et impetrauit. Hinc et dominus post ponit uerba sua more prophetie, et postea constituit eum super gentes et regna, dicens ad Ieremiam. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes et regna et cetera. Hinc et Malachias ait. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Hinc Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos et interrogans, et postea predicare cepit, quia prius quisque debet discere et postea officium predicandi usurpare. Hinc et Salomon prius ait tempus tacendi et postea loquendi. Quia uero prius tacendo discitur, et postea loquendo predicatur. Hinc idem dominus ait. Qui audit dicat ueni. Hinc et apostolos docuit, deinde eos ad predicandum misit dicens. Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe. Sic et post resurrectionem prius illis sensum aperuit, et scripturas explanauit, et postea dixit eis. Euntes in mundum et cetera. Unde cum de quinque panibus .v. milia hominum uellet reficere, prius panes accipiens fregit, et postea discipulis dedit, et per eos demum turbis apposuit. Quia sacramenta legis et prophetarum prius disserendo exposuit, et postea eorum scientiam discipulis dedit, et tandem per eos illam fidelibus dispensauit. Hinc et Petrus cum rationibus ecclesie scribit ait. Parati reddere rationem omni poscenti uos satisfactionem de ea que in uobis est spe. Hinc et Paulus scribens ad Timotheum ait. Attende lectioni et exhortationi et doctrine. Ex quibus omnibus liquido colligitur, quod non sufficit prelatis bona conuersatio et morum honestas, nisi addatur scientia doctrine. Unde sacerdotes ingressuri tabernaculum prius lauabant se in labio eneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. Hinc et in Canticis canticorum oculi per quos prelati ecclesie intelliguntur, assimilantur columbis que resident iuxta fluenta plenissima. § Sed queritur, an secularibus litteris oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur in concilio Cartaginensi .iiii. *Libros gentilium non legat episcopus.*

Ut episcopus gentilium libros non legat, hereticorum autem pro necessitate aut pro tempore. Item Ieronimus ad Damasum papam de prodigo filio. *Reprehenduntur sacerdotes qui omissis euangeliis legunt comedias.*

Sacerdotes dei omissis euangeliis et prophetis uidemus comedias legere, amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare, tenere Uirgilium, et id quod in pueris necessitatis est crimen in se facere uoluntatis. § Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis. *Beatus Ieronimus ab angelo uerberatur qui Ciceronis librum legebat.*

Legimus de beato Ieronimo quod cum libros legeret Ciceronis, ab angelo correptus est eo quod uir christianus paganorum figmentis intenderet. § Hinc et filius ille prodigus in euangelio reprehenditur, quod siliquis quas porci manducabant uentrem suum replere cupiebat. Hinc et Origenes sciniphes et ranas quibus Egyptii percussi sunt uerbosam dialecticorum garrulitatem et sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non est ab ecclesiasticis secularium litterarum querenda peritia. Sed econtra legitur, quod Moyses et Daniel omni scientia Egyptiorum et Chaldeorum eruditi fuerunt. Legitur etiam quod precepit dominus filiis Israel ut spoliarent Egyptios auro et argento, moraliter instruens, ut siue aurum sapientie siue argentum eloquentie apud poetas inuenerimus, in usum salutifere eruditionis uertamus. In Leuitico etiam primitias mellis, id est dulcedinem humane eloquentie, domino iubemur offerre. Magi quoque tria munera domino obtulerunt, in quibus nonnulli tres partes philosophie uolunt intelligi. § Unde et in expositione psalterii Cassiodorus testatur. Omnis splendor rethorice eloquentie, omnis modus poetice locutionis, quelibet uarietas decore pronuntiationis, a diuinis scripturis sumpsit exordium. Hinc et Ambrosius ait super epistolam ad Colossenses. Omnis ratio superne scientie uel terrene creature in eo est qui caput est eorum et auctor, ut qui hunc nouit, nichil ultra querat, quia hic est perfecta uirtus et sapientia. Quicquid alibi queritur, hic perfecte inuenitur. § Item de Daniele et Salomone ostenditur. Infideles hunc auctorem sapientie, quod in fideles non putant, quod non legunt in euangeliis et prophetis astrologiam et alia huiusmodi que despecta sunt, quia nichil ualent ad salutem, sed mittunt in errorem. Et de his studere curam agere non habent, quia Christum nouit thesaurum sapientie et scientie inuenit, quia idem nouit quod utile est. Hinc et Beda ait in libro Regum. *Non prohibentur clerici seculares litteras legere.*

Turbat acumen legentium et deficere cogit, qui eos a legendis secularibus libris omnimodis estimat prohibendos. In quibus si qua inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses et Daniel sapientia et litteris Egyptiorum Chaldeorumque non paterentur erudiri, quorum tamen superstitiones simul et delicias horrebant. Nec ipse magister gentium aliquot uersus poetarum suis uel scriptis indidisset uel dictis. § Cur ergo legere prohibentur que tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares litteras quidam legunt ad uoluptatem, poetarum figmentis et uerborum ornatu delectati; quidam uero ad eruditionem

cas addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur, et utilia que in eis invenerint ad usum sacre eruditionis invertant. Tales laudabiliter seculares litteras addiscunt. Unde beatus Gregorius quendam episcopum non reprehendit quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officium pro lectione evangelica grammaticam populo exponebat. Unde et alibi scribit super Lucam. Seculares littere legende sunt ut non ignorentur.

Legimus aliqua ne legantur. Legimus ne ignoremus. Legimus ut non teneamus, sed ut repudiemus. Item Beda super [illegible] tam adiutum. Grammatica legenda est, ut per eam sacre scripture intelligantur.

Si quis grammaticam artem noverit, ut intelligantur. Per dialecticam vero recte loquendi ratione habet, et inter falsa et vera diiudicet. Sine hyperbaton. Geometria autem et arithmetica et musica habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa pietatis. Scientia autem pietatis est nosse legere scripturas, et intelligere prophetas, in evangelio credere, apostolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta. Item Ysidorus in libro sententiarum. Quare prohibetur christianus poetica figmenta legere.

Ideo prohibetur christianus legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim tantum solum offerendo demonibus immolatur, sed et eorum dicta libentius capiendo.

§ Ut itaque ex premissis apparet, imperitia sacerdotibus semper debet esse adversa, quoniam cum per ignorantiam ceciderint alios docere non possunt. Cum vero cecus cecum ducit, ambo in foveam cadunt. Unde dicitur in psalmo: Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum illorum semper incurva. Cum enim obscurantur illi qui preeunt, ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus ut ignorantiam a se quasi quandam pestem abiciant. Ceterum enim servus nesciens voluntatem domini sui et non faciens dignam vapulabit paucis. Non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ut enim ait apostolus: Qui ignorat ignorabitur. Quod de eis intelligitur qui nolunt intelligere ut bene agant. Unde Augustinus ait: Illud de libro dominicarum questionum: Non omnis qui ignorant immunis est a pena. Ille enim ignorans potest excusari a pena qui quod disceret non invenit. Illis autem ignoscitur qui habentes a quo discerent operam non dederunt. § Cum itaque voluntaria ignorantia omnibus sit nociva, sacerdotibus est periculosa. Unde in Toletano concilio legitur. Sacerdotibus maxime ignorantia est evitanda.

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei evitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonentur, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni, exhortationi, doctrine, semper permane in his. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas et canones, et omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat, atque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina. Item Leo episcopus Constantinopolitanus. Inscientia sacerdotum.

Si in laicis videtur intolerabilis inscitia, quanto magis in his qui presunt? Nec excusatione est digna nec venia. Item Celestinus orthodoxis omnibus episcopis. Canones nulli sacerdotum licet ignorare.

Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum possit regulis obviare. Item ex dictis sancti Augustini. Que sint sacerdotibus necessaria ad discendum.

Que ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, compotus, canon penitentialis, psalterium, omelie per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus apte. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit.

Quia valde periculose evangelice minae sunt, quibus dicitur: Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt. Item Zepherinus papa. Sacre scripture inherentes non obscurantur.

Sicut stelle celi non extinguit nox, sic mentes fidelium inherentes firmamento sacre scripture non obscurat mundana iniquitas. Item Ieronimus super Ysaiam. Ignorantia scripturarum est ignorantia Christi.

Iuxta apostolum Paulum, Christus Dei virtus et Dei sapientia est, et qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem eiusque sapientiam: ignoratio scripturarum est ignoratio Christi. Item Clemens. Episcopus pro obprobrio senectutis apparuit ~~[illegible]~~ non erubescat.

Ullus episcopus pro obprobrio senectutis et nobilitatem generis apparuit, et minimus eruditus, siquidem forte est utilitas eius, aut salutis inquirere negligat, qui tere bellicet vivi et discere atque agere bona recusat, magis diabolus quam christianus esse ostenditur, et potius infidelis quam fidelis monstratur. § Ecce plenarie probatum est quod sacerdotes oportet litteras sacras condiscere et peritos esse. Nunc queritur an secularium negotiorum oporteat eos habere notitiam. ~~[illegible]~~ peritia huius prelatis est necessaria in multis rebus probatur. Debent enim quod prelati subditis non solum spiritualia, sed et carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed et virtute sanabat, corporalibus alimentis reficiebat. Ut autem prelati ligna plene prefici possint, secularium negotiorum oportet eos habere sollertiam, ut eorum cautela et eorum servientur indigentes, et cuique necessaria pro suo modo subministrantur. Unde quidam ieiunium decretum abbatis Gregorius, perfusa simplicitate repellit, ne ei occasionem res ecclesie dilapidandi. Unde idem scribit nobilibus civibus Neapolim. Secularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi.

Eius diaconus quem a nobis electum asseritis, omnino dicitur simplex esse, et nostis quia hi qui taliter in regimine debent arche consistere, quando solum de salute animarum verum etiam et de exteriori utilitate et cautela sciant esse solliciti.

§ Oportet quoque episcopum esse ornatum et hospitalem. Ornamenta quedam virtutes debent intelligi, quia de his ei reprimitur, cum dicitur: Sacerdotes tui induantur salutari. Unde Ieronimus contra varios ~~varios~~ vestibus exceptis omnibus sacerdotes ornati leguntur, quia multimodis virtutibus debent splendore vita pontifices, ut gradui conferant decorem, quam ab eo non accepit. Non enim loca sive vita et mores sanctum faciunt sacerdotem. Unde ex officio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene vivendi se noverint assecutos. Unde Simmachus papa ait. Officium sacerdotum non confert licentiam peccandi, sed adimit.

Omnes nos beati Petri successores, scilicet ius accepimus cum sedis [illegible] privilegio, et successores eius peccandi indicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie misit ad posteros, quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tante dignitatis attollit? In quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt que a loci predecessore prestantur. Aut enim claros ad hec fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Item Ieronimus. Filii sanctorum

Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri [?], sunt qui exercent opera eorum in loco Petri et Pauli tenere cathedram regnantium cum Christo, quia hinc dicitur: Non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Item Gregorius. Morum nobilitatem

Nos qui presumus non ex locorum vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec urbium claritate, sed fidei puritate. Idem Anastasio presbitero. Non loca vel ordines, sed merita nos coniungunt.

Non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt. Item Ambrosius. De eodem.

Illud autem, quia extra paradisum vir factus est, mulier intra paradisum. Videamus quod non loci neque generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam comparat. Denique extra paradisum, hoc est in inferiori loco vir factus, melior invenitur, et illa que in meliori loco, hoc est in paradiso facta est, inferior invenitur. Item Iohannes Crisostomus. Non est vere sacerdos omnis qui nominatur.

Multi sacerdotes et pauci sacerdotes: multi in nomine, pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram, quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedre; qui male sedet, iniuriam facit cathedre. Ideo quod malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio sedes, si quidem bene vivis et bene doceas, populum instruis; si bene doces et male vivis, te solum condempnas. Nam bene vivendo et bene docendo populum instruis quomodo vivere debeat. Bene autem docendo et male vivendo deum instruis quomodo te debeat condempnare. Item. Quicumque desideraverit primatum in terra, inveniet confusionem in celo. Nec inter servos Christi computabitur qui de primatu tractaverit. Nec unusquisque eorum festinet quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur. Quoniam non qui maior fuerit in honore ille est iustior, sed qui fuerit iustior, ille est maior. § Ecce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum. Item sacerdotem moribus scilicet perfectionibus habitu, videlicet et incessu. Habitu, ut nec fulgidis, nec sordidis vestibus ornetur. Unde Ieronimus ait: Vestes pullas equaliter devita et candidas; ornatus et sordes pari modo fugiende sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Nec exquisite delicie laudem pariunt. Quod tamen de vestibus que deorsum in religione est. Unde Augustinus ait in libro de doctrina christiana. Pro honoribus eorum cum quibus vivimus, alienos quisque rebus preteritis uti debemus.

Restrictius vivit, quam se se habent mores eorum cum quibus vivit, aut intemperans aut superstitiosus est; quisquis vero sic eis utitur ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. Quod si locis et temporibus et personis conveniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest ut sine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem fedissima gule flamma in vilissimum ardescat. Et sanius quisque maluerit more domini pisce vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abrahe, aut ordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt plerique bestie, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi vel probandum est vel improbandum quod facimus. § Sic ergo in cibis mores eorum cum quibus vivimus observare videmur, in vestibus intelligendum est. Ut enim alibi dicitur: Que contempta his cum quibus vivis laudatior fiat, aut sordida potius inventa, vel affectata quam intemperata fuerit, aut superstitiosus. Incessu autem debet esse sacerdos ornatus, ut gravitatem tamen nimius maturitatis ostendat. In compositione enim corporis qualitas mentis indicatur. Unde Ambrosius ait: Nigra prius ille cum etiam [illegible] ac stabilitate describit, cuius esse constantia cordis videlicet vultus. Inter cetera hoc notabile iudicabitur, incessus eius modo citus, modo tardus. Hospitalem vero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum quibus in iudicio dicetur: Hospes fui, et non suscepistis me. Qui enim apostolum secutus alios ad hospitalitatem debet invitare, quomodo hospitalitatis exortator potest esse qui domum suam hospitibus claudit? Sit sacerdos primum a se ipso et a domestica sua ecclesia debet exigere quod precipit. Sub primum imitando Christum ipsum debet facere que verbo populum doceat. Nec certe est ut pauperes hospitio recipiat, quod ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat. Ordinandos itaque sacerdos ad memoriam revocet quomodo Abraham et Loth hospitalitatis opera deo placere et angelos hospitio meruerunt recipere; quando igitur Sodomis hospitalem domum ingressi Loth cum familia sua liberavit, quando clausas domos hospitibus igneus ingressus perdidit. Unde Ieronimus. Alienum rapere convincitur qui ultra necessaria sibi retinere probatur. Ac sic se per opera pietatis instituat, ut presentis vite subsidia et eterne claritatis premia ad ea percipiat utraque, ut pietati promittitur. Unde apostolus scribens ad Timotheum ait: Exerce te ipsum ad pietatem; nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vite que nunc est et future. Ad hoc autem alienus fuit in sacerdotem ordinari non potest. Sicut in dicta a beato Ieronimo [?] probatur, quod pauperes non recipit hospitio, quod pedes sanctorum non lavit, quod omne opus bonum non est exsecuta; multo magis si prohibendi ad sacerdotium, qui ab opere pietatis probatur alieni. Unde quidam hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est. Non sunt despiciendi qui convivia pauperibus exhibent.

Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est convivia pauperum exhibent, et propter honorem domini convocant fratres, et noluerit communicare huiusmodi vocationibus, parvipendens quod geritur, anathema sit. § Hinc et Iohannes evangelista in epistola sua quadam Diotrephem detestatur, qui nec pauperes recipiebat, et recipientes de ecclesia eiciebat. Pudicus quoque debet esse sacerdos, ut in moribus et verbis pudorem indesinenter exhibeat. Unde in canticis canticorum genere sponse, id est predicatores, tanquam coccus [?] pariter. Debet ergo gratiam doctrinam habere, quam verbo ait Innocentius: Absque sermone conversatio quamvis exemplo prodesse, tamen silentio nocet. Nam latratu canum et baculo pastoris lupi sunt arcendi. Impuritate doctrina discentium oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. Unde Gregorius in XV capitulo libri pastoralis ait. De discretione predicationis et silentii.

Sit rector discretus in silentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant in errore derelinquit. Sepe namque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt. Et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodie pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt, quia venienti lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam dominus increpat dicens in Ysaia: Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur dicens in Ezechiel: Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die domini. Ex adverso quippe ascendere est, pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die domini in prelio stare est, pravis decertantibus ex iustitie amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga prebuisse? Qui nimirum si pro grege se obicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti plebi dicitur:

Ieremiae: Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. Prophete quippe in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiva esse presentia indicant, que sunt ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit, quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo correctionis, quia increpando culpam detegit, quam sepe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait ad Titum: Ut potens sit exortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Hinc per Ysayam Dominus admonet dicens: Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam. Preconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si predicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est preco mutus? In actibus apostolorum. Hinc est enim quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus insedit, quia nimirum quos repleverit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi precipitur in Exodo ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, videlicet ut predicationis voces habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Ut audiatur sonitus, quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine predicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante qui ait in psalmo c.xxxi: Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tintinnabula inherent, ut vite viam cum lingue sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum preparat, sub magno cautele studio loquatur attendat, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, et cum fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscidat. Hinc namque Veritas dicit in Marco: Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait ad Romanos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. In Exodo. Hinc in sacerdotis veste iuxta divinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sancte ecclesie populos unitas fidei contegit, quos diversitas meritorum intus tenet. Ne ergo rector incautus ad loquendum prorumpat, hinc ipsa per semetipsam Veritas discipulis suis clamat in Marco: Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis iungite, ut per omne quod dicitis, unitatem fidei cauta observatione teneatis.

Providendum est quoque sollicita intentione rectoribus, ut ab his non solum prava nullo modo, sed nec recta quidem nimie et inordinate proferantur, quia sepe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incaute importunitate levigatur, et auctorem suum hec eadem loquacitas inquinat, que servire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Moysen dicitur in Levitico: Vir qui fluxum seminis patitur immundus erit. Mentis quippe audientium semen secuture cogitationis est audita qualitas locutionis, quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Unde et ab huius mundi sapientibus in actibus apostolorum predicator egregius seminiverbius est vocatus. Qui ergo fluxum seminis sustinet, immundus asseritur, quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat, quod si ordinate protraheret, prolem recte cogitationis edere in audientium corde potuisset, dumque incautus per loquacitatem diffluit, non ad usum generis, sed ad immunditiam semen fundit. Unde Paulus quoque cum discipulum de instantia predicationis admoneret, dicens ad Timotheum II: Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos et mortuos, et adventum ipsius et regnum eius, predica verbum, insta oportune, importune. Dicturus importune premisit oportune, quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vilitate se destruit, si habere importunitas oportunitatem nescit. Palea. Quoque observare debet sacerdos ne indignis et non intelligentibus secreta misteria sue predicatione reseret... Qui ea docet que ab auditoribus intelligi non valent, non eorum utilitatem, sed sui ostentationem facit. Unde in expositione beati ... immaculatum dicitur vitium est in indignis secreta vulgare ... loquacitate incauta ... irrevocabile verbum ... ut placeat cui secreta revelat ... scientie ... Quibus omnibus profecto datur intelligi quanta debet esse discretio predicationis in sacerdote. Quia forte carnis tamquam torto naso sacerdotali officio iudicatur indignus. Cum autem vinolentus esse prohibetur, gule temperantia neque habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, et voracitas permittitur, utrumque enim opera sunt tenebrarum, apostolo contestante: Non in comessationibus et ebrietatibus. Ventris namque ingluvies ad luxuriam facile provocat, et omne bonum opus dissolvit. Unde venter et genitalia sibimet ipsis vicinantur, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum. Hinc et Nabuzardan princeps cocorum muros Ierusalem destruxisse legitur, quia venter, cui cura cocorum inservit, omne edificium virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altario vivere, non luxuriari queritur. Unde apostolus ait: Qui altario servit, de altario vivere debet ... non luxuriari permittitur. Sed autem comessationes non solum sacerdotibus, sed et laicis noxie, qui festivos et sollempnes dies non aliter se digne celebrare putant, nisi comessationibus deserviant. Unde Aurelius Augustinus scribit ad Aurelium episcopum. **Non est licitum comessationibus et ebrietatibus vacare.**

Comessationes et ebrietates ita concesse et licite putantur, ut in honore beatissimorum martirum non solum per dies sollempnes, quod ipsum quis non lugendum videat, qui hec non carneis oculis inspicit, sed etiam cottidie celebrentur. ... pauca ... aspere ... quantum estimo non ... sed ... magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine; severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Et siquidem minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius movebuntur spirituales vel spiritualibus proximi, quorum auctoritate et lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus ceterum multitudo frangatur. Si ergo laicis comessationes dampnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur, a quibus abigendum est vinum, ut ait Ieronimus, cum sensum sensum gravat ... sacerdotalis sensus esse vigil debeat et tenuis ... a quibus edacitatis vitio obnoxii in sacerdotes unguendi debent. Hinc etiam ait Gregorius in moralibus: Qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequaquam prelationis usum percipere debent. Item. Sequitur: Non percussorem. Palea. Non oportet episcopum ita esse iracundum et perturbati sensus, ut percutiat aliquem, sed est patiens, sed sequitur eum qui dorsum posuit ad flagella. Unde Gregorius scribit Iohanni episcopo Constantinopolitano. **Verborum correctione non verberibus debent timeri episcopi.**

Novum autem de episcopis qui verberibus timeri volunt canones dicant ... Pastores enim facti sumus, non persecutores. Egregius predicator dicit: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia et doctrina. Nova vero atque inaudita est ista predicatio, que verberibus exigit fidem. Item in quodam concilio. Nemini quod peccatum clericum confitentem verberare ... ne episcopus clericum vel ... percutere ... presbyter diaconum ... Quod si factum ... conetur ... ad honore ... ut penitentes redeant ad matrem ecclesiam. Item Leo episcopus. **Benivolentia plus quam severitas erga corrigendos agat.**

Stephen ... plus tamen erga corrigendos agat benivolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus caritas quam potestas. Sed ab his qui sua querunt, non que Iesu Christi, facile ab hac lege disceditur. Et dum dominari magis quam consulere subditis placet, honor inflat superbiam, et quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxiam. Item ex canone apostolorum. **Deiciatur ab officio diaconus, presbiter et episcopus verberibus timeri querens.**

Episcopum aut presbiterum aut diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles iniqua agentes, et per huiusmodi volentem timeri, deici ab officio suo precipimus. Quia nusquam nos hoc Dominus docuit; econtrario vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat; cum malediceretur, non remaledicebat; cum pateretur, non comminabatur. Salomon vero econtra monet dicens: Percute filium tuum virga, et liberabis animam eius a morte. Hinc etiam beatus Gregorius scribit in dialogo beatum Benedictum quendam monachum virga percutiendo sanasse, quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de restibus male utentes templo flagellavit et de domo eiecit. Hinc etiam apostolus fornicatorem illum corinthium Sathane corporaliter vexandum tradidit, et Magum illum corporali cecitate dampnavit. Hinc etiam in canonibus pueri qui ad rationabiles annos non pervenerunt, verberibus castigari iubentur, virgines quoque si religionis veste deposita alius se copulaverint, ergastuli retrusione premuntur. Hinc etiam Gregorius in moralibus scribit xx libro, parte sexta, quarta capitulo xi. **Disciplina non est servanda sine mansuetudine, nec**

disciplina vel mansuetudo multum destruitur, si una sine altera teneatur. **Mansuetudo sine disciplina** Sed est circa subditos inesse debet rectoribus et iuste consulens misericordia, et pie seviens disciplina. Hinc est quod semivivi illius vulneribus, qui a Samaritano in stabulum ductus est, et vinum adhibetur et oleum, ut per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur, quatenus unusquisque qui sanandis vulneribus preest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis, per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foveantur. Miscenda est ergo lenitas cum severitate; faciendum est quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hinc nimirum illa tabernaculi archa significat, in qua cum tabulis virga simul et manna est, quia cum scripture sacre scientia in boni rectoris pectore, si est virga districtionis, sit et manna dulcedinis. Hinc etiam David ait: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur et baculo sustentamur. Si ergo est districtio virge, que feriat, sit et consolatio baculi, que sustineat. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit vigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderate seviens; sit pietas, sed non plus quam expediat parcens. Intuendum nobis est in Moysi pectore miscuisse cum severitate socialem videamus amantem pie, et districte sevientem. Certe cum Israelitice plebis ante Dei oculos pene inveniabilem culpam cerneret offensam, ita vel rector dicens: Dimitte eis hanc noxam, aut, si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. ... Pensemus ergo quibus visceribus eundem populum amavit, pro cuius vita de libro vite deleri se petiit. Sed tamen iste, qui tanto ei pro amore constringitur, contra eius culpas pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut culpe veniam ne delerentur optinuit, rectitudinis zelo succensus inquit: Ponat vir gladium super femur suum. Ite et redite de porta usque ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum. Ceciderunt que in die illo quasi xx milia hominum. Ecce cuiusdam omnium vitam etiam sua morte petiit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit igne amoris, foras accensus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret; tanta severitas, ut eos quos divinitus feriri timuerat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amavit eos quibus preerat, ut pro eis nec sibi parceret, et tamen delinquentes sic persecutus est quos amavit, ut eos et Domino parcente prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator ammirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus amans divine ire supplicando obstitit, foris seviens culpam feriendo consumpsit. In regimine ergo utrumque Moyses miscuit, ut nec disciplina deesset nimia, nec nimie disciplina. Unde bene etiam ... tamquam virtute dominantium cuique sedere qui ... circumstante ... solatium consolatorum. Sedet quippe excelsus consistite ... vigorem discipline maioris regiminis. Quo etiam remittitur cum dolor ... corda consolari ... nimirum pietatis. Constat omnibus apparet, quia nec lenitas mansuetudinis sine temperatione severitatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine pietatis decet inveniri. Percussores ergo quippe in his auctoritatibus ab episcopali officio removentur, non qualibet corporali flagellantes, sed pro insania furiosi ... animo ... intelligendi sunt, qui per flagella non vitia corrigere, sed timeri appetunt.

quib; petrus scribit. Nescitis quia dilectionis in ecclesia si forma facti gregi ex animo. hinc gregorius scribit in moralibus libro .xxiiii. parte .iiii. cap. xviii. **Mansuetudo et districtio alterum vicissim temperamento debet esse mixta, ut nulla ab altera separetur.**

Sit itaque nonnulla ut omnem mansuetudinem benignitatis amittit. Et sunt nonnulli ita mansueti ut perdant districtionem iura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere tenenda, ut nec indisciplinate vigore benignitatem mansuetudinis, nec versum in mansuetudine districtionem deserant disciplinae. Quatenus nec ac passione pietatis obdurescant, cum contumacem corrigunt, nec disciplinae vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat disciplinae vigor mansuetudinem, et mansuetudo ornet per omnia vigorem. Et sic alterum commendet ex altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Quod hinc et alibi dicit: Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero patrem exhibeat. Sequitur: Non neophytum. Nichil enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, et parati adsistunt in subiectos tumidi intonant. Quod ex arrogantia superbie provenire manifestum est, unde gregorius scribit in moralibus libro .xxiii. parte .v. cap. xi. **Arrogantes nesciunt humiliter inferre que dicunt.**

De his pro doctrina arrogantia ut humiliter nesciant inferre que docent, et recta que sapiunt recte ministrare non possunt. In verbis enim eorum perditur quia cum docent quasi in quodam se summitatis culmine residere, eos quos docent ut longe infra se positos velut in ima respiciunt. Quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Recte autem his per prophetam dominus dicit: uos autem cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. Cum austeritate enim et potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. Atque vera doctrina tanto vehementius hanc elationis vitium fugit per cogitationem, quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cavet enim ne cum elatis moribus predicet, quos cordibus audientium sacris sermonibus insectatur. Ecce quare religiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est et alia causa huius prohibitionis, quia religiosi namque usu ad ultimo nomen rebus animos principum sibi conciliant, et fratribus suis defendunt, ut sine noti ingerunt, et inter fratres discordiam seminando seditiones nunquam facere cessant. Que omnia ipsa lacunde dampnabilia esse probantur. Unde gregorius scribit in moralibus libro .xviii. parte .iiii. cap. iii. **De his qui peccantibus adulantur.**

Sunt nonnulli qui dum male facta hominum laudibus efferunt, augent quae increpare debuerant. Hinc enim per prophetam dicitur: Ve que consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universe etatis. Ad hoc quippe sub cubito pulvillus vel cervical sub capite ponitur, ut mollius quiescatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum et cervical sub capite vel cubito iacentis ponit, ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursum scriptum est: Ipse edificabat parietem, illi autem linebant eum. Pariete quippe nomine peccati duritia designatur. Edificare ergo parietem est contra se quibuslibet obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi perverse agentes edificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed secus nec sic mala de bonis iuste infamat, ita iudicare bona de malis recusat dicens: Absit a me ut iustos vos iudicem, donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Hinc et in concilio cartaginensi .iiii. legitur: **Adulator et proditor clericus ab officio degradetur.**

Clericus qui adulationibus et proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Item: **Excommunicet ab episcopo clericis sive cessitores sui in episcopus excommunicatis nisi probanda obiciunt.**

Minuere et si commodaverit vitium, recipiat eos ad communionem non ad clerum. Item: **Non sunt ordinandi qui seditionarios statuum nunquam trionibus vacant.**

Ordinari quos clericos sicut nec usurarios vel iniuriarum suarum ultores. Quod autem huius capituli usurarum ordinari prohibetur, inde est quod usuris exercentes cupiditatem desiderare probantur. Cupiditas autem ab apostolo ordinari prohibitum, quia tales facile a iusto deviant. Unde in canonibus apostolorum legitur: **Diaconus presbiter et episcopus exigens usuras nisi desierit, deponatur.** Et pos au presbiter aut diaconus usuras a debitoribus poscunt exigens aut desinat aut certe deponatur. Item ex concilio niceno cap. xvii. **Usuras exigens sive clericus sive non.**

Quoniam multi sub regula constituti avaritie subiecti regulae divinae, et turpia lucre sectantes obliti quoque divinae scripture dicentis: qui pecuniam suam non dedit ad usuram exigunt, iuste censuit sancta et magna sinodus, ut siquis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipiens aut aliquid ad ministrationem vel quolibet modo negotiationis aut emiolia, id est sescuplum exigens vel aliquid tale previdens excogitatus turpis lucri gratia deiciatur a clero et alienus a regula stat aregula. Hinc et gregorius in .xviii. libro moralium parte .iiii. cap. xxxv. de dilectoribus seculi scribit dicens: **Temporalibus lucris deservientes deo nequaquam militare probantur.**

Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, pro celesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram domino vel unius hore momento lassescunt. Sepe nuditatem, dictionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, et eis ipsis se per abstinentiam cruciant, atque adipiscenda festinant. Superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. Hii itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti, quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra equalitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis desiderius fortes, et in celestibus debiles, sed longe et distantius studiosos se deo exhibent, quam seculo fuisse meminerunt. His cum quibus doctor predicatorum nostrum dominum dicit: humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire inmundicie et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificationem. Eorum procul dubio infirmitatem condescendit, ac si eis aperte diceret: Si nequaquam ipsi potestis, saltim tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum. Ne debiliores vos habeat sancta libertas, quos in carne validos habuit usitata voluntas. Nec esse est, ut ille qui ordinandus est, sue domui sit bene prepositus, id est si in laicali habitu uxorem habuit, vel filios, ut eius domum instruat verbo et exemplo, providentia quoque. Perceptum est apostolus, ut exigat a domesticis. Unde apostolus ephesiis scribit: Uxores suas sicut sua corpora diligant. Et filios suos non ad iracundiam provocent, sed enutriant illos in disciplina et correptione domini. Unde etiam ad timotheum scribens dixisset: Sue domui bene prepositum, statim subiunxit, habentem filios subditos in omni castitate, non in accusatione luxurie. Non enim talium cohabitator sortem habet, illos redarguendi. Unde de hiob legitur, quod pro filiis suis cotidiana offerebat deo sacrificia, offerens olocausta pro singulis. Quos tanta caritatis perfectione in unum esse fratrum uinculo cogit, in suo die convivium fratribus pararet et ad epulandum secum tres sorores suas pariter invitaret. Quod quia beli sacerdos dissimulavit, hic filios pietate superat, filios delinquentes ferire noluit. Sicut in libro regum legitur, ipse districtum iudicem sententia cum filiis crudeli dampnatione percussit. Unde ei divina voce dicitur: honora filios tuos magis quam me. Hinc et david erga filios benignitatem non disciplinae severitatem exercens, conviviorum ditem capiendo divicem pernicios a quorum puerorum vaga licentia permisit esse volutos, unus quoque eorum sororem suam stuprum corrumpens, a fratre eius absalon videlicet, inter epulas quas fratribus suis fraudulenter paravit obtruncatus est. Absalon vero postquam venia a patre obtinuit, regem illum expulit, ad concubinas eius ingressus est, omnium presentia de stupratum patrem persequens, quamvis inhesit atque nasus spiritus interiit. Hinc et paulus ad timotheum scribit dicens: Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. Iure ergo qui domui sue fideliter preesse nescit, in episcopum ordinari prohibetur. Quia regimini ecclesie qua sibi familia non debet curam committere, sicut nec quasi in ecclesia dei ubi non fallenti sollicitudine diligentiam adhibebit. Prohibentur et ne ephemi episcopos ordinari ut qui heri erat cathecuminus, hodie non fiat episcopus. Qui heri erat in theatro, hodie sedeat in ecclesia. Qui vespere erat in circo, hodie ministret altario. Qui dudum fuit fautor histrionum, hodie sit consecrator virginum. Causa autem huius prohibitionis est, sicut apostolus ait, ne elatus in superbiam, tanquam religio vana plurimum eo cogitur, incidat in ruinam diaboli. Quoniam tamen namque sacerdos nescit humilitatem, modo personarum vel se contemnere, non ieiunavit, non flevit, non se correxit, non pauperibus erogavit. In arrogantiam quoque et ruinam diaboli incidunt, quod puero ore nec dum discipuli fiunt magistri. Et sic innocentius ait: miserum est cum fieri magistrum, qui nec dum didicerit esse discipulus. Unde de isto est in niceno concilio legitur: **Neophitus in episcopum vel ordinari.**

Quoniam multa sive per necessitatem sive exquacumque causa contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex vita gentili nuper ad hanc venientes et in structi statim ad spiritale baptisma venissent, et continuo cum baptizati sunt, ad episcopatum vel presbiterium provecti, recte igitur visum est deinceps nichil tale fieri. Nam et tempore opus est ut sit cathecuminus, et post baptismum multa probatione indigeat. Evidens namque est apostolicum preceptum dicens: Non neophitum ne forte elatus in superbiam in iudicium incidat et laqueum diaboli. Si vero procedente tempore mortale aliquod peccatum commiserit, et eius duobus vel tribus testibus fuerit convictus, abstineat a clero qui huiusmodi est. Si quis vero preter hec fecerit, tanquam contraria magne sancte synodo gerens, ipse periclitabitur de statu suo cleri. Neophiti vero hodie appellantur ad propositum sacre religionis novum accedentes. Unde beatus gregorius scribit dicens: **Qui dicatur neophitus.**

Dicitur neophitus dicebatur, qui initio sancte fidei erat conditione plantatus, sic modo neophitus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos sacros ordines irrepsit. Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta queritas ascensum querit. Et certe a quibus vitiis debeant esse immunes qui in episcopum sunt ordinandi. Quod enim inter cessores, propheto ad diminuitur, necesse est ut electa gravi bene vivendo mereantur. Unde et augustinus in pastorali: Sollicite formidasse ne per plagam pre se ulla credatur, hac ipse ex corpore creatum mereatur. Cum enim liquido novimus, quod eius qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animi ad deteriora provocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis astringitur, caveat ne districti iram iudicis gravius accendens, dum loco delectatur glorie, fiat subditis auctor ruine. Sollerter ergo se quisque metiatur, ne locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium dampnabiliter regnat. Ne his quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum. **Qui vitiis maculatus est, sacrificium deo offerre non debet.**

Hinc enim superna voce ad moysen dicitur in levitico: Loquere ad aaron. Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes deo suo, nec accedat ad ministerium eius. Ut repente subiungit: Si cecus fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi et torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus. Cecus quippe est qui superne lumen contemplationis ignorat, qui presentis vite tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quo gressum operis porrigat nescit. Hinc enim prophetante anna dicitur in regum libro: Pedes sanctorum suorum servabit, et impii in tenebris conticescent. Claudus vero est qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed pro infirmitate mentis vite viam perfecte non valet tenere quam videt. Quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequitur. Hinc enim paulus dicit ad hebreos: Remissas manus et dissoluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans erret magis autem sanetur. Parvo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde et in laude sponse dicitur in canticis canticorum: Nasus tuus sicut turris que est in libano, quia nimirum sancta ecclesia, que eccausis singulis temptamenta prodeunt, per discretionem conspicit, et ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum estimari hebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisitionibus plus quam necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: vel grandi et torto naso. Nasus enim grandis et tortus est discretionis subtilitas immoderata, que dum plus quam decet excrevit, actionis sue rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est, qui viam dei pergere omnino non valet, atque a bonis actibus funditus exors vacat. Quatenus hec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnino alienus existat. Gibbus vero est quem terrene sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat. Sed solis his que in infimis calcantur intendat. Qui et si quando aliquid de bono patrie celestis audierit, ad hoc nimirum perverse consuetudinis pondere pregravatus, cordis faciem non attollit. Quia cogitationis statum erigere non valet, quem terrene usus sollicitudinis curvum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit in psalmo .xxxvii. Incurvatus et humiliatus sum usquequaque. Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans articulat.

Semen autem quod in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vitae euntes suffocantur, et non referunt fructum. Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculi pupille sane sunt, sed humore defluente infirmate palpebre grossescunt, quarum quia infusione crebro atteruntur, etiam acies pupille vitiatur. Et sunt nonnulli quorum sensum carnalis vite operatio sauciat, qui videre recta subtiliter ingenio poterant, sed usu pravorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conversationis pravitas confundit. Cui bene per angelum dicitur in Apocalipsim: Collirio inunge oculos tuos ut videas. Collirio quippe oculos ut videamus inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bone operationis adiuvamus. Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur, quia arrogantia sapientie seu iustitie cecatur. Pupilla namque oculi nigra videt, albuginem tolerans nichil videt, quia videlicet sensus humane cogitationis, si stultum se peccatoremque intelligit, cognitionem intime claritatis adprehendit; si autem candorem sibi iustitie seu sapientie tribuit, a luce se superne cognitionis excludit, et eo claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat. Sicut de quibusdam dicitur ad Romanos: Dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt. Iugem vero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim fervor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur, quia si cordis temptatio usque ad operationem prosilit, nimirum fervor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, et foris iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum diceret ad Corinthios: Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Ac si aperte diceret: Humanum quidem est in corde temptationem perpeti; demoniacum vero est, et in temptationis certamine etiam in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore, quisquis avaritia vastatur in mente. Que si in parvis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, et absque occupati tedio excrescens membrorum decorem fedat. Quia et avaritia capti animum, dum quasi delectat, exulcerat; dum adipiscenda quaeque cogitationi obicit, ad inimicitias accendit, et dolorem in vulnere non facit, quia estuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque virtutum per hanc pulchritudo depravatur, et quasi totum corpus exasperat, quia per universa animum vitiis supplantat. Paulo attestante, qui ait ad Timotheum: Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus vero est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderatione gravatur in mente; qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur, sed animus eius voluptate luxurie sine ullo repugnationis stimulo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur. Que profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciviam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde, et quamvis prava non exerceat opere, ab his tamen non elevatur in mente. Nec ad usum boni operis in aperto valet assurgere, quia gravat hunc latens pondus. Quisquis ergo quolibet horum vitio subicitur, panes domino offerre prohibetur, ne profecto diluere aliena delicta non valeat, is quem adhuc propria devastant. Quia igitur paucis ad pastorale magisterium dignus qualiter veniat, atque indignus hic qualiter pertimescat ostendimus, nunc is qui ad illud digne pervenerit, in eo qualiter vivere debeat demonstremus. Item Ieronimus super Malachiam. Indocti et maculam gerentes

Sacerdotes nomen domini vitiosos ordinari non debere.

despiciunt, et quando ad se panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quia de eo munere sacerdotii presumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinam domini improbe dispertit, et qui honorat potentem et despicit pauperem. Et infra. Si offeratis cecum ad immolandum, nonne malum est? et cetera. Superius accusati de panibus, nunc accusantur de victimis. Cecum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse potest. Claudum offert, qui luce ecclesie querentem locum in potestate pedem in diversa ponentem, unum in divinis, aliud in carnalibus, cui potest inferri de illis regum: usque quo claudicatis in duas partes. Languidum offert, qui curiosum preter religiosum, qui tardum et pigrum prefert fervidum dictis, illum negligentie redarguendum. Indignum est et clare quod dedignatur homo. § Ut premissis auctoritatibus liquido demonstratum est, variis criminibus irretiti in sacerdotes ordinari prohibentur. Hic autem distinguendum est, utrum post actam penitentiam tales in prioribus ordinibus remaneant, vel ad maiores gradus conscendere valeant. Multorum auctoritatibus variis criminibus irretiti a prioribus ordinibus deiciuntur, et ab accessu maiorum prohibentur. Unde Gregorius Constantino Mediolanensi episcopo. Lapsi in suum ordinem reparari non possunt.

Lapsis ad suum ordinem redeundi licentiam concedi vigor canonice per longum stat disciplinae. Dum previsionis spe prave actionis desideria quisque non formidat. Et post pauca. Illud per omnia studete, ut lapsos in sacro ordine nullius vobis supplicatio aliquando in statu revocare studeat, ne huiusmodi instituta si qualiter dilata credatur esse convicta. Item Martinus papa Amando episcopo. Qui post ordinationem labitur depositus permanebit.

Quisquis semel post suam ordinationem in lapsu ceciderit, deinceps depositus erit, nullumque gradum sacerdotii poterit adipisci. Item Gregorius Sabiniano episcopo. Presbiter post lapsum nulla ratione in sacerdotali ordine reparari valet.

Presbiterum de quo nos fraternitas tua [illegible] legatione consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum [illegible] quia vocem ipse cognoscit. [illegible] agnitionis est quod commissum facinus facilior professione confessus. Item Iohannes octavus Cenomanensi episcopo. Post actam penitentiam homicidii sacerdotale officium amministrare non potest.

Super quibus doctam scientiam tuam sacerdotem putare potest, qui perpetratum homicidium post se in sacerdotio ministrare [illegible] nobis suadere velle, ut ipsi tali stare [illegible] tionem prebemus assensum, tale quod consummaret. Ut post talem penitentiam concedendi cui omnis sit canonice disciplinae censura. Omnibus ergo sacerdotio privatur, licet tamen fonte flagitium tamen maneat diluere, et talibus sanctis remediis curatus salutis possit invenire suffragium. Item Nicolaus papa. Romano [illegible] non potest esse qui paganum occiderit.

[illegible] qui paganum occiderit non oportet ad gradum maiorem promoveri [illegible] qui carere debet [illegible] homicida est. Nam [illegible] tisunt milites Christi [illegible] ecclesie non debent militare seculo, pro quo ad effusionem sanguinis necesse est. Item Osbaldo corepiscopo quadrantano. Qui se defendendo paganum occiderit, sacerdotali officio carere debet.

et his diebus per quibus constituistis, et quod se defendendo paganum occiderit. Si post peractam penitentiam cunctis amplius sint, ad pristinum gradum redire aut ad altiorem ascendere. Scientia nos nulla occasionem dare, nec ullam tribuere licentiam cuiquam libere hominum quolibet modo occidendi. Verumtamen si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occidat, multum consultius ab officio sacerdotali recessit. Tamquam enim illi sit sacerdotio sub religioso habitu irreprehensibiliter famulari, qui altari debuit appetendo capitali periculo demergi. Item ex concilio Agathensi. Episcopus presbiter aut diaconus capitale crimen committens cadit ab officio.

Si episcopus presbiter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab officii honore depositus in monasterio detrudatur, et ibi quamdiu vixerit laicam tantum communionem accipiat. Item ex decretis Martini pape. Qui homicidium facto aut precepto aut consilio post baptismum commisit.

Si quis viduam aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum. Quod si irrepserit, deiciatur. Similiter si homicidium aut facto aut precepto aut consilio aut defensione post baptismum commiserit, et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiciatur, et in fine vite sue communionem accipiat. Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt.

Ex venit ad nos quod de sacris ordinibus lapsos vel post penitentiam vel ante penitentiam ad ministerium sui officii revocatis, quod omnino prohibemus, et utique sacratissimi quoque canones contradicunt. Quod igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine careat, ut altaris ministerium non accedat. Item Venantio Lunensi episcopo. De eodem.

Cedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat, ideo quidam de sanctimonio ex presbitero est prelatus. Pervenit namque ad nos quod post quam de sacris ordinibus lapsus a suo sacerdotii ordine est deiectus, ad explendum ministerium presbiterii presumpsit accedere, et domino hostias immolare. Quod si ita factum vestra fraternitas reperierit, eum a sacri corporis et sanguinis domini participatione privatum, in penitentiam redigat, ita ut usque ad diem ultimum in eadem excommunicatione permaneat, et viaticum tamen in obitus sui tempore percipiat. Si vero eum talem penitentiam agere fraternitas vestra cognoverit, ut eum dignum ad recipiendam inter laicos communionem iam existimare debeat, misereri hoc in vestre fraternitatis ponimus potestate. Et infra. Post ad fraternitatis tue consulta respondentes, statuimus diaconem et abbatem quem deportari venis iudicatur cecidisse, ad sacrum ordinem non debere ut possit aliquo modo revocari. Quem quoque a sacro ordine privatum in penitentiam deputare te convenit, et sic posita actus custodia quod meruerunt, potius inter alios monachos vel sub alio loco obtineat. Subdiaconos quoque, quos simili culpa constringit, ab officio suo irrevocabiliter depositos, inter laicos communionem accipiant. In portu autem veneris loco lapsi diaconi alium qui officium ipsum debeat ordinabis. Sacerdotem vero ministrum ex presbitero, vel nunquam ad sacri ordinis ministerium presumat accedere, sicut superius cavendum decrevimus. Sed cum vicinis insula Gorgona atque Capraria sollicitudinem de monasteriis gerere, et in quo est statu sine cuiusquam adversitate manere permisimus. Item Loco lapsi alius ordinandus est.

Quod lapsum est nulla permittitur ratione revocari, et ultra tres menses eos tam vacare pontificem statuta sanctorum canonum prohibent, ne cadentes pastorem domini gregem hostis antiquus insidiando dilaceret. Fraternitas vestra ordinationem celebrare, et loco lapsi debet episcopum ordinare. Item Martinus papa. Qui post ordinationem in lapsum ceciderit, missam sacram non debere tractare.

Si post ordinationem suam quisquam in lapsum ceciderit, et prevaricationis peccato fuerit deprehensus, omnimodo prohibendus est, ut cum manibus lutulentis et pollutis missam sacram sanctam salutis tractare. § Econtra exemplis et auctoritate probatur, quod quidam post penitentiam in pos gradus licite possunt ministrare, et ad maiores conscendere. Maria soror Aaron, quia contra Moysen murmuraverat, lepra percussa est, que in Moysen murmuraverat; et post peractam penitentiam munda facta est, et pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron post conflatum vitulum in summum sacerdotium est electus. David post adulterium et homicidium spiritum prophetie recepit, et in pristino gradu permansit. Achab post mortem Naboth victum, suscepta penitentiam humiliatus in regia sede remansit, et ut pietatem multa eum placuerit testatum. Petrus negavit Christum, et post princeps apostolorum factus est. Paulus Stephanum lapidavit, et tamen ad dominum apostolum electus est. Multi quoque ab heresi ad unitatem catholice fidei reversi, in suis ordinibus sunt recepti, alii vero ad episcopale et graviores promoti. Unde Augustinus et alii quamplures. Item Calixtus papa. De lapsis in suis ordinibus reparari possunt.

Omnes unusquisque sermones suos, et quod sibi loqui non vult, de alio non loquatur, ut videlicet sacra et scripta: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Non ergo in dignum in aliquo mali agamus, neque capitem consilia, et opinionem neque ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quoque in fuit, portemus eum, et in spiritu corripiamus affectu. Sicut beatus apostolus ait: Fratres, etsi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Nam alterutrum onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. Porro sanctus David de mortiferis criminibus penitentiam egit, et tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrimas fudit, quando dominum negasse penituit; sed tamen apostolus permansit. Et dominus per prophetam pollicetur dicens: Peccator quacumque die conversus fuerit et ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Errant itaque qui putant sacerdotes post lapsum, si condignam egerint penitentiam, domino non posse ministrare, et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et sui sacerdotii dignitatem custodierint. Et ipsi qui hoc putant non solum errant, sed et claves ecclesie despicere videntur. De quibus dictum est: Quecumque solveritis super terram, soluta erunt et in celo. Alioquin hec sententia aut domini non est, aut vera non est. Nos vero indubitanter dicimus tam domini sacerdotes quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores, domino testante per prophetam: Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Et propheta David post penitentiam agens dixit: Redde michi letitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Ipse namque post penitentiam et alios docuit, et sacrificium deo obtulit, dans exemplum doctoribus sancte ecclesie, si lapsi fuerint, et condignam penitentiam deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Sacrificium deo obtulit, quando dicebat: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Videns enim propria scelera sua mundata per penitentiam, non dubitavit predicando et omni libertate deo curare aliena. Mutatur ergo homo a peccato, et gratia dei resurgit a lapsu, et in pristino manet officio, vincta potestas auctoritatis. Videat ne apostoli iaceat, si evangelica sententia in eo maneat, que ait: Vade, et amplius noli peccare.

unde ait apostolus. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad
obediendum concupiscentiis eius. Sanctimoniam que maxime ueneranda non
solum tenere fratres, sed fauore refugere. quia potior est uictimis omnibus
holocaustomatibus et sacrificiis. Item gregorius secundino. Lapsi in ceteris
[illegible] requiruntur. ut a de sacerdotali officio post lapsum tam
[illegible] auctoritate [illegible] canonum
diuersorum [illegible] diuersas sententias [illegible]
alias nequaquam. [illegible]
[illegible] quatuor [illegible] sententias
[illegible] concordant. Hos uero precedentes patres [illegible]
[illegible] doctrina illorum [illegible]
[illegible]
[illegible] honore [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

Post acceptam penitentiam lapsi surgunt.

[illegible]

De eodem.

De eodem.

Unde constituitur ut lapsi [illegible] post penitentiam ad sacerdotalem redeant [illegible]

Quisquis post penitentiam [illegible] lapsi [illegible]

[illegible]

Diaconus autem per laudatio [illegible] reparari possit.

Qui sint reparandi post lapsum [illegible]

[illegible] post penitentiam [illegible]

Qui casu homicidium fecit eorum in suo ordine permaneat.

De eodem.

Difficile est ut lapsi ad pristinum gradum redeant.

Lapsus post penitentiam altario tam [illegible]

Lapsus in suis ordinibus reparari possit [illegible]

De re.

In ea parte que dicit quadragesime de penitentia que publica scriptura ... ante fores ecclesie se representent episcopo ciliciis sacco induti nudis pedibus ... demissi ... se esse ipso habitu et vultu prestantes ... ad desidiosos pluriori tempore ... rectecorrexerit ... iterum

ut sic officiorum suorum loci recipiant ne possint ad alta officii ulterius promoveri. Sed exemplo domini ... qui post ... negationis macula confessione diluit amonis non solum in gradu ... remansit verum et in pastore totius ecclesie ... meruit ... lapsi post dignam penitentiam officia retinere ... pastor fieri ... Quod autem beatus petrus post negationem pastor ecclesie ... non sit institutus ... auctoritate ... qui in honore dominice resurrectionis ... aptorum scribit dicens. Petrus post culpam negationis promotus

apostolorum ad non est institutum.

... omnipotens deus cui quem cunctis ecclesie preferre disposuerat ancille voce pavescere et se ipsum negare permisit ... magne actu pietatis dispensatione cognoscimus ... qui futurus erat pastor ecclesie ... qualiter aliis misereri deberet. Prius itaque eum ostendit sibi et post eum ceteris ut ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer aliena infirma tolleraret. Sed obicitur penitentes ad sacros ordines promoveri non debere. Non est lapsi post penitentiam ad maiora pertingere possunt ... in cartaginensi concilio iiii. legitur.

Non ordinetur clericus ex penitentibus.

Ex penitentibus quamvis sit bonus clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit deponatur a clero quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens episcopus ordinavit talem et ipse ab episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur ... si autem episcopus sciens ordinaverit clericum qui viduam aut repudiatam uxorem habuit ... Item siricius papa ... episcopo. Bigamus penitens viduae maritus saecularis militie se ingerens sine spe promotionis in suo ordine permaneat.

Vir quicumque penitens quicumque bigamus quicumque maneat. Viduae maritus ... tollatur ... hac condicione a nobis veniam intelligat relaxatam ... debeat computare ... spe promotionis ... stabilitate permaneat. Item ... pp. omnibus episcopis ... Qui ad penitentiam agendam in ... monasterio reducitur ... non ordinetur.

... penitentiam ... episcopus ... ordinatus fuit ... penitentiam accepisse ... ille qui in missus ad penitentiam ... in monasterio ... penitentis ... est qua conscientia ad sacerdotium pervenit permittatur. Nemo ... auctoritatem sedis apostolice ... reliquorum canonum ... diffinitione ... vel in ... locum dictum fuit ... temerarium ... dubito. Item gelasius ... omnibus episcopis. Bigami et quilibet post penitentiam sacerdotii consortium ... applicentur ministeriis.

Pontifici fas esse bigamos ... alicuius ... post penitentiam ... sine litteris ... publicis ... implicatos ... cognitione ... apertatione ... et custodiis ... applicentur. Sed ... penitentiam intelligitur ... fideliter ... penitentiam

seculares militie cingulum acceperunt. De quibus innocentius scribit victorico rotomagensi episcopo. Non debet fieri clericus qui post remissionem peccatorum militie cingulum habuit.

Si quis post remissionem peccatorum cingulum militie secularis habuit ... ad clericatum admitti non debet. Sed potest aliter intelligi ... penitentia que solempnis appellatur que semel tantum ... conceditur. De qua ambrosius ait. Sicut unum est baptisma ita una est penitentia. Item. Non est secundus locus penitentie. Item. Reperiuntur qui plurimum quam ... penitentiam putent ... Nam si vere penitentiam agerent ... Item aug. ad macedonium. Quamvis caute salubriter provisum sit ut locus humillime penitentie semel tantum in ecclesia concedatur ne medicina ... minus utilis haberetur ... penitentia ...

Hanc autem penitentiam quomodo imponenda sit in agathensi concilio legitur in quo sic statutum est. Quomodo penitentes ad penitentiam accedere debent.

Uide rebus et locis ecclesiasticis que non tenentis quamvis possidetis ... vobis iusto se dicunt et iniquitate nobis obiciunt. Quid itaque quo impii regnaverunt in extra possident, quod ignibus sitas que tenebant heretici et pro parte domini voluntate catholici tenent. Ad omnes impios illa vox dominica: Auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti iustitiam. An frustra scriptum est: Labores iustorum impii edunt? Quapropter magis mirari debetis quod adhuc tenetis aliqua quam quod aliquid amisistis. Item: Si quis conasi possidere cepistis, quia nobis ablata nobis dominus dedit. Non concupiscimus aliena, quia illi impio cuius sunt omnia facta sunt nostra, et iuste nostra sunt. Vos autem utebamini occupatione nos adiunctante. Alioquin per improbos proferendum prophetica, ut vobis cuncti aliene rei concupiscentiam quidam, [illegible] eo postulari ... non audivit quicumque ... ecclesie alienum ... facientem iustitiam possident aliena.

[column head: Ca]

concupiscentiam, quia ecclesia christi possidet, que persecutores christi regnabunt. Idem. [rubric, faded: Res ecclesiastice ab hereticis iuste possidentur.]

Uod autem nobis obiciunt quod res eorum concupiscamus et auferamus, utinam catholici fiant, et non solum quod dicunt sua, sed etiam nostra in pace et caritate nobiscum possideant. Usque adeo autem calumniandi cupiditate cecantur, ut non attendant quam sint inter se contraria que loquuntur. Ipsi certe dicunt et invidiosissime sibi conqueri videntur quod eos in nostra communione violenter cogimus impio cohortatione. Si itaque nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus querit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatur aut fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quemadmodum suos vel nostros socios et fraterna nobis dilectione coniunctos quemadmodum sustentent non solum que habebant sed etiam nostra que non habebant. Quoniam tamen simul pauperum compauperes sumus, et nostra sunt et illorum. Sed autem privatim que nobis sufficiunt possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procurationem quodam modo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione dampnabili vendicamus. Quicquid ergo nomine ecclesiarum partis donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Cumque nobiscum sint plebes earundem ecclesiarum nobiscum pauperes qui de eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum que dicunt sua, verum et que dicuntur nostra. Scriptum est enim: Omnia vestra, vos autem christi, christus autem dei. Idem. [rubric: Divitie impiorum iustis thesaurizantur]

Uicquid ergo nomine ecclesiarum partis donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Et cetera paulo post. Sicut autem confidimus quod scriptum est in libro sapientie: Iusti tulerunt spolia impiorum. Item quod legitur in proverbiis: Thesaurizantur autem iustis divitie impiorum. Tunc videbimus esse qui habeant res hereticorum, sed qui sint in societate iustorum. Item paulo post: Sic corpus christi tollit spolia impiorum et corporis thesaurizantur divitie impiorum. Non debent impii foras remanere ut calumpnientur, sed intrare potius ut iustificentur. Item paulo post. Iure ergo corpus christi venerunt labore suo non avaritia cupiditate, sed bona iam dispensatione possident. Non autem voluntate nostram ut iam dictum est ab his cupiditatibus sordibus quibus inimico iudicante purgavimus omni eo ipso quorum labores dixi ut nobiscum et illis nostris in societate catholica utantur. ¶ [marginal note: quis male ... ipsum] His ergo auctoritatibus liquido monstratur, quod ea que ab hereticis male possidentur, a catholicis iuste auferuntur, nec eo aliena possidere dicuntur. Sed episcopi vero et quibuslibet clericis quod nec sua auctoritate nec auctoritate romani pontificis arma arripere valeant, facile probatur. Cum enim petrus qui primus apostolorum a domino fuit electus materialem gladium exerceret, ut magistrum a iudeorum iniuria defensaret, audivit: Converte gladium tuum in vaginam. Omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit. Ac si aperte diceret: Hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos divinorum pugna gladio licuit persequi. Deinceps in exemplum patientie gladium tuum, id est hactenus concessum, in vaginam converte, et spiritualem tamen gladium quod est verbum dei, in mactatione veteris vite exercere. Corporalem vero per illum vel auctoritate eius qui legitima potestate utitur, qui ut apostolus ait non sine causa gladium portat, cui omnis anima subdita esse debet. Omnis enim qui preter voluntatem gladium acceperit, gladio peribit. Item Ambrosius: Arma episcopi lacrime sunt et orationes. Item idem apostolus: Non vosmet ipsos defendentes fratres karissimi, quia vos omnibus qualiter dicit: Mihi

tamen spiritualiter dictum intelligitur. His ita respondetur: Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, sed alios ad arripiendum, ad oppressorum defensionem atque inimicorum dei oppugnationem eis licet hortari. Unde Leo quartus scribit Lodovico augusto. [rubric: Pluries papa ... populum congregasse ... sarracenos occurrit.]

Gratum cum sepe adversa a sarracenorum partibus fuerant nuntia, quidam in romanorum portum sarraceno clam furtiveque vento esse dicebant. Pro quo nos nostrum congregari precepimus populum maritimumque ad litus descendere decrevimus. Et egressi sumus roma. Item. [rubric, faded: Vitor ... pupillorum ac pauperum adiutor.]

Cure vos oportet quod numquam ab aliquibus nostros homines simus oppressi, sed si necessitas ulla inruerit, presentialiter vindicemus, quia nostri gregis omnibus ultores esse debemus et pauperum adiutores. Idem exercitu francorum. [rubric, faded: ... domino ... defensione ...] Omni timore ac terrore deposito contra inimicos sancte fidei et adversarios omnium religionum viriliter agere studete. Non enim omnipotens si quislibet vestrum morietur, quia pro veritate fidei ac salvatione patrie ac defensione christianorum mortuus fuerit, ideo ab eo celeste premium consequetur. Item Alexander papa omnibus episcopis yspanie. [rubric: Iudei non debent persequi sed sarraceni.]

Dispar nimirum est iudeorum et sarracenorum causa. In illos enim qui christianos persequuntur et ex urbibus et propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur; hii ubique servire parati sunt. Item Iohannes octavus Boemago duci glorioso. [rubric, faded: ... maiores ... ad ... crimina ... committit]

Relata devotionis tue studium exortamur ut eos latrunculos marinos qui sub pretextu tuo nominis in incolas debacchantur, tanto vehementius coerceas, quanto illorum pravitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis. Quamvis credi possit quod te nolente illi navigantibus insidientur, tamen quia compertum possedere dicuntur ...eos posse compescere, reus innocuus non habebis. Scriptum quippe est: Qui crimina que potest emendare non corrigit, ipse committit. Item Hieronimus super Hieremiam. [rubric: Crimina pro deo punire non est crudelitas sed pietas.]

Egiptus Yromasten Finees auctoritate, zelum Helye, Simonis chananei, Petri severitatem Ananiam et Saphiram trucidantem, Pauli constantiam, qui Elimam magum vias domini resistentem eterna severitate dampnavit. Non est crudelitas pro deo pietas. Unde et in lege dicitur: Si frater tuus et amicus et uxor que in sinu tuo depravare voluerit a veritate, sit manus tua super eos, et effundes sanguinem ipsorum. Item Iohannes Chrisostomus super Matheum omelia tertia. [rubric, faded: Quod ...]

Occidit Finees hominem et reputatum est illi ad iustitiam. Abraham vero non solum homicida, verum quod gravius est parricida effectus deo magis placuit. Petrus vero geminum fecit homicidium, fuit tamen opus spirituale. Quod fecit non solum quod respiciamus ad opera, sed et tempus et causam, et voluntatem, et personarum differentiam, et quantacumque alia ipsis operibus accidere, diligentissime requiramus. Non enim possumus aliter ad veritatem pervenire. Item Gregorius in dialogo. [rubric, faded: Petrus ...]

Petrus qui Tabitham mortuam orando suscitavit, Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solum in culpa quam perpetraverant increpasse. Constat ergo quia aliquando talia ex potestate exhibentur, aliquando ex postulatione.

dum istius vitam incipiendo abstulit, et illum reddidit orando. Item Leo IIII. Ludovico magistro. [rubric, partly illegible: … militie egregie … ad bella … arma parent]

Et pridem glorie vestre notificavimus quia vim inimici congregati ille erant parvam venire, sed quia inimicos congregato et huc discurrere epistolam signavimus, hostes inecam rei venire. Illic vero utile est visum ut aliquantum illuc milites transmittant quos gloria vestra admonente et ortatu ut paratissimi ad tempore studeant, et occasione inventa ut cum gloriosis filiis nostris, Marino vitalio loquerentur. Quicumque vobis dominum adiutorem utilitatem rei publice presentialiter infra fatere. Et sibi et ad Ravenne partes nec dicendum Arnulfum cognovitas excurrere. Vos vero adorsoci sic viro forte contra laborare quatenus opinio vestra ex laboribus vestris liceat amplius inter rei publice domino auxiliante perficiatur. Illud tamen prius admonemus ut famulum Aldoni, Adobertum atque Lugdigulsum fratrem quem cum glorioso Mauritio magistro militum esse noscuntur sine aliqua mora et excusatione relaxes, quatenus venientes illuc hoc predicto viro sine aliquo impedimento euntes debeant ambulare. Eius dicto Mauritio et Vitaliano. Supplicamus glorie vestre presulum nostrorum Vitalianum cum quo et ceteris ubi de septima dominus sustinuit indiceamo mi die missus vestri Arnulfus hanc epistolam quam vobis direximus transmisit, et ideo relegentes eam videte sub fide sua esse quam rei publice promiser presenter obsidesque dignior de quibus positis confidite. Ab eis pre capite et insuper denuo sacramentis constringite reddentes eas loco pignoris substitutis sermonibus vestris confirmantes. Sicut manifestissime cognovistis eos cum Arnulfo de sua subiectione locuto fuisse, et esse obsides ei dedisse. Sic nos Arnulfi epistola quam vobis direximus dubio reddidit salubri consilio pertractantes ne in aliquam autem vestram aut vestra de facie vestris gravet, quicquid utile rei publice iudicaveritis peragite. Sed et talem gloriam vestram ut neque in aliquo vestrum possimus ab adversariis reprehendi, neque utilitas rei publice quod dominus avertat negligatur. Preterea gloriosi filii estote solliciti, quia quantum cor(am?) pro hostis multitudine sit collecta, et in arduas dominus re fide, ut sibi esse suum domino sibi irato mittere voluerit, et loca ipsius quantum vos dominus adiuvaverit depredamini, aut esse quos mittere solliciti requirant, nec dolens factum ad vos discurrat. § Item in registro legitur, quod beatus Gregorius civitatibus Tuscie ut contra Longobardos arma pararent mandavit, et militantibus stipendia decrevit. His igitur exemplis et premissis auctoritatibus clarum est quod sacerdotes propria manu arma arripere non debeant, tamen ut his quibus eiusmodi officia commissa sunt persuadere et quibuslibet ut ea arripiant sua auctoritate valeant imperare. Sed obicitur illud Nicholai ad Carolum imperatorem.

[rubric] Episcopi non debent militaribus occupari negotiis.

Reprehensibile valde esse constat quod subintulisti maiorem partem dicendo omnium episcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tuis esse paratam maritimo invigilare obsequio, quod episcopi impediantur venire. Cum militum sit et non sit servire militie Christi, sicut et Christi militie ... vero seculi secularium est. Sic enim scriptum est: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Quod si seculi milites militie student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi ut vacent orationibus? Secundum quod Nicholaus papa prohibet episcopos secularibus militia occupari, nec contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quoniam vero Urbanus adversus Sarracenos urbem egredi ut eos procul a litore arce-

at, populum undique convocet et suorum iniurias pestilentialiter vindicet, atque cum gladio milites ad arma invitat. Sed notandum est quos dum episcopos levitice portione esse censentur, qui sicut inde sortem non haberent, sic ipsi dominum solum in hereditate acquirunt dicentes: Dominus pars hereditatis mee. His nichil est commune cum principibus seculi quia terrena penitus abiciunt ne eorum occasione legibus imperatorum obnoxii teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis secularis militie. Quia dum decimis et primitiis vivunt, tanquam filii summi regis in omni regno a terrenis exactionibus liberi sunt, ita ut dicere valeant: Venit princeps mundi huius et in nobis habet quicquam. Porro alii sunt qui non contenti decimis et primitiis predia, villas, castella et civitates possident, ex quibus cesari debent tributa, nisi imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerunt. Quibus a domino dicitur: Reddite que sunt cesaris cesari, et que sunt Dei Deo. Quibus etiam apostolus: Reddite omnibus debita. Cui tributum tributum, et cui vectigal vectigal, quia nisi huiusmodi non videantur imperialibus exactionibus subiugendi. Nam cum preter famis cuncta Egyptiorum rura terram sibi venierunt? (regi subicientur), atque subeunte fame cuncto sive fuit tam subiugat, et sacerdotibus tamen necessaria subministravit, ut nec possessionibus nec libertate nudarentur domino exigente prohibente sacerdote et exigente, libertate esse oporteret. Unde in Wormatiensi concilio legitur. [rubric] De agro ecclesiastico presbiter non cogatur censum persolvere.

Ecclesiam canonicam auctoritatem et constitutionem domini imperatoris Lodovici de agro ecclesiastico et manso de mancipiis que in suis capitulis constituit, et quilibet pro loco sepulture aliquid largitur ecclesie sue, et de decimis omnibus fidelibus nullus quicquam presbiterorum aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis aut dignitatis exinde quicquam subtrahat, aut redhibitionem quam cumque exigat temporalem. Quod si fecerit, convictus usque ad satisfactionem privetur, et regia potestate de eo agatur. § Hic datur intelligi quod de his que ante pro alio beneficio et aliquibus liberis pro beneficio sepulture ecclesia possidet nulli vim nec episcopi teneat astricta. De his vero que a quibuslibet emit, vel in vero donationibus accepit principibus, consueta debet obsequia, ut et annua eis persolvat tributa, et convocatoris circumventis proficiscitur ad castra. Quod etiam ibi ipsum non sine consensu romani pontificis fieri debet. Unde in quodam concilio statutum est ut episcopi non proficiscantur ad comitatum nisi formatas ab apostolico acceperint. Reprehendunt ergo Gallicanam episcopi Nicolao quoniam apostolica auctoritate contempta armaportem sequi elegerant quam apostolico conspectui se representarent. Quamquam proficiscentes ad comitatum possunt intelligi non secuti imperatorem ut armis illum auxiliarentur, sed ipsum eius exercitui suo orationibus commendarent, sicut ergo prelati ecclesie exemplo [illegible] ab imperatoribus et quibuslibet ducibus defensionem fidelibus postulare, licet et cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem et adversario sancte fidei viriliter adortari, atque adversus infideles (diversi) periculum arcendi quoslibet incitare. Effusionem vero sanguinis nulli eorum sua et imperatorum auctoritate imperare licet. Unde in Toletano concilio [illegible] legitur. [rubric] Sacerdotes non debent interesse fieri iudicia … (vitandi?) … indulgentia promittit.

Tempore principes esse quos libet maiestatis obnoxios

sacerdotibus negotia sua committunt. Quia vero sacerdotes ad ministerium salutis electi sunt, ab eo condonant regibus fieri iudices, ubi iure iurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor talium extiterit negotiis presumpserit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud ecclesiam proprium perdat gradum. Item ex concilio Toletano XI. [rubric] Non debent agitare iudicium sanguinis qui sacramenta domini tractant.

His a quibus domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talium excessibus prohibendum est, ne indiscrete presumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est sententia propria iudicare presumant, aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant aut inferendas preceperint. Quod si quisquam horum immemor preceptorum aut in ecclesie sue famulis aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis honore privetur, et loco suo perpetuo quoque dampnationis teneatur ergastulo religatus. Cui tamen communio exeunti de hac vita non est neganda, propter domini misericordiam qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur et vivat.

Quidam episcopus in heresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio privavit, et sententia excommunicationis notavit. Post mortem de heresi accusatus dampnatur, et sequaces eius cum omni familia sua. Hic primum queritur an lapsus in heresim sententiam possit in aliquem ferre, scilicet officio privare et sententia notare. Secundo an post mortem aliquis possit excommunicari. Tertio an pro peccato alicuius tota familia excommunicanda sit. Quod autem hereticus deponi aut excommunicari non possit facile probatur. Omnis enim hereticus aut iam dampnatam heresim sequitur, aut novam confingit. Quod si heresim iam dampnatam sequitur, eius dampnationis se participem facit. Unde cum Achatius absque sinodali auctoritate ab apostolico se dampnatum quereretur, ecce Gelasius scribit dicens: [rubric] Qui in dampnatam labitur heresim, eius dampnationis se participem facit.

Achatius non est factus inventor novi erroris, sed veteris imitator. Atque ideo non erat necessarium ut adversus eum nova sententia proderent, sed antiqua tantum renovarentur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator novi. Quicumque in heresim semel dampnatam labitur, eius dampnatione se ipsum involvit. § Si ergo episcopus ille in heresim iam dampnatam lapsus est, antiqua excommunicatione dampnatus alios dampnare non potuit. Excommunicatus enim alios excommunicare non valet. Unde Alexander secundus scribit, dicens: Vale-

riano episcopo martiri. [rubric] Excommunicatus alium excommunicare non potest.

Audivimus quod Henricus Ravennas dictus archiepiscopus nisus sit te excommunicare. Verum quia excommunicatus te excommunicare non potuit, apostolica auctoritate te tuosque absolvendo mandamus ex eo non curare. § Sicut ex corde suo novam heresim confinxit, ex quo talia predicare cepit, neminem dampnare potuit, quia non potest dicere quemquam iam prostratus. Ligandi namque et solvendi potestas veris non falsis sacerdotibus a domino concessa est. Apostolis enim dicturus: Quorum remiseritis peccata etc., premisit: Accipite Spiritum sanctum, ut evidenter cunctis ostenderet, eum qui Spiritum sanctum non habet peccata non posse tenere et remittere. Porro Spiritus sanctus neminem nisi intra ecclesiam accipit, quia et ipsam unitatem per gratiam reficit. Unde non nisi congregatis in unum dicitur: Accipite Spiritum sanctum, nec nisi congregatos in unum die pentecostes descendit Spiritus sanctus. Sicut autem extra ecclesiam non accipitur, ita extra eam nichil operatur. Cum ergo sic apostolus ait: Spiritus postulat, Spiritus impetret, extra ecclesiam nec postulare facit nec impetrare. Unde dominus dicturus: Quodcumque petieritis etc., premisit: Si duo ex vobis consenserint super terram et cetera. Ubicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi et ego sum in medio eorum, in nomine eius cunctis ostendens se non habitare in cordibus eorum qui suapte singularitate secuti a corporis Christi compage semetipsos abrumpunt. In quibus autem non habitat, a cuius Spiritus sanctus mutuum sensu (?) et refugiens locum non habet. Quomodo ergo peccata dimittere et tenere, excommunicare et reconciliare operante Spiritu sancto et vere? Ex quo apparet quod hii qui extra ecclesiam sunt nec ligare possunt nec solvere, nec reconciliando ecclesiastice communioni reddere, nec excommunicando eius societate privare, quia ipsi heresi et scismate polluti, sua sententia notati penitus carere probantur. Unde cum omnibus discipulis pariter ligandi atque solvendi potestatem dominus daret, Petro pro omnibus et pre omnibus claves regni celorum se daturum promisit dicens: Et tibi dabo claves regni celorum. Quia quicumque ab unitate ecclesie, que per Petrum intelligitur, fuerit alienus, ex secreto potius consecrare non valet, excommunicationis et reconciliationis potestatem non habet. Unde apostolus cum fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, ait: Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, iudicavi ut presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi sathane in interitum carnis. In qua forma excommunicationis ostendens docuit non nisi fideles et a fidelibus excommunicandum. In nomine namque domini atque eius virtute cooperante non nisi fidelis aliquid operari valet, cum nemo possit dicere: Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Item cum dominus prohibeat agnum comedi extra catholicam ecclesiam, qui per professionem fidei ab ea sunt alieni, ab eius participatione quam suo arbitrio reliquerunt non repelluntur, sed abire permittuntur, sicut illi qui audientes: Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc., dixerunt: Durus est hic sermo, et quis potest eum audire? Atque ita abierunt retrorsum, non repulsi, sed abire permissi. Hinc et apostolus cum de excommunicandis ageret premisit: Si quis frater dicitur inter vos etc. De infidelibus autem supposuit dicens: Eos qui foris sunt dominus iudicabit. De his autem qui intus sunt nobis iudicium commisit. Sicut autem ex eo quod apostolus ait frater, et ex his que de fidelibus et infidelibus supposuit, apparet non nisi fidelem excommunicandum, ita ex eo quod fidelibus tantum ex his scribitur, et potius quia sic ille quibus non dicit maior est eo cui benedicit, ita qui ex officio maledicit maior est eo cui maledicit. Liquido constat eum qui ab integritate catholice fidei recedit, maledicendi et benedicendi potestatem minime habere. Catholicum namque utpote se superiorem maledicere non valet. Alienum autem a fide tanquam

insibi equalem sententiam dare non potest. Hanc quę debi
tis atque scismaticis. vel ex canonicis dicta sunt. uide
licet quod ligandi vel soluendi potestatem non habent. multo
rum auctoritatibus probatur. Unde Urbanus papa. *Non soluit vel ligat*
neque auctoritas beati petri soluit aut ligauit.

Ante quod petri priuilegium ubicumque ex ipsius equitate fer
tur iudicium. Nec nimia seueritas vel remissio inuich
erit ligatum vel solutum neque beatus petrus aut ligauit aut
soluit. Item aug. super iohannem. *In persona petri ligandi et soluen*
di potestatem ecclesia accepit.

Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum et in celo. Si solo petro
tantum dictum est. hoc non facit ecclesia. Si autem in ecclesia fit.
ut que in terra ligantur et in celo. et que soluuntur in terra
soluta sunt et in celo. Quia cum excommunicat ecclesia. in celo li
gatur excommunicatus. cum reconciliat ecclesia in celo soluitur
reconciliatus. Si ergo hoc in ecclesia fit. petrus quando claues acce
pit ecclesiam sanctam significauit. Si in persona petri significati sunt boni
qui sunt in ecclesia. in persona iude significati sunt in ecclesia mali. Item ambrosius.
Sustinens firmiter non numquam turbatur alienis.

Conturbatur nauis que petrum habet. Conturbatur illa que iudam
habet. Et si multa illic discipulorum merita nauigabant.
tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraque petrus
est. sed qui suis meritis firmus est. turbatur alienis. Caueamus
igitur perfidum. caueamus proditorem. ne per unum plurimi fluctu
emus. Ergo non turbatur hec nauis in qua prudentia nauigatur.
abest perfidia. fides spirat. Quemadmodum enim turbari
poterit. cui preerat is in quo ecclesie fit manimentum.
Illic ergo turbatio ubi modica fides. hic securitas ubi perfec
ta dilectio. Denique et si aliis imperatur ut laxent retia
sua. soli tamen petro dicitur. duc in altum. hoc est in profundum disputationum.
Quid enim tam altum quam altitudinem diuitiarum uidere. scire dei filium. et professionem diuine generationis
assumere. Quam licet mens nequeat humana plene rationis
inuestigatione comprehendere. fidei tamen plenitudo complec
titur. Idem. *Solus petrus in magisterium accepit ut amoni*
tionem caperet.

Et aliud apostolicum piscandi genus. quo genere solum petrum
sanctum dominus iubet dicens. Mitte hamum. et eum piscem qui primum
ascenderit tolle. Item ciprianus episcopus. *Extra unitatem ecclesie spiritus sanctus*
non accipitur.

B Loquitur dominus ad petrum. Ego dico tibi quia tu es petrus et
super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super unum edificat ecclesiam et quamuis
apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem
tribuat et dicat. Sicut misit me pater et ego mitto uos.
Accipite spiritum sanctum. tamen ut unitatem manifestaret unitatis
eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate
disposuit. Hoc erant utique ceteri apostoli quod petrus fuit pari con-
sortio prediti et honoris et potestatis. sed exordium ab uni
tate proficiscitur. ut ecclesia Christi una monstretur. Quam unam
ecclesiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Christi designat et dicit. Una est columba mea. perfecta mea. una
est matri sue electa genitrici sue. Hanc ecclesie unitatem et
beatus paulus apostolus docet. et sacramentum unitatis osten
dit dicens. Unum corpus et unus spiritus. una spes uocationis
uestre. unus dominus una fides. unum baptisma. Quam unitatem te
nere firmiter et uendicare debemus. maxime nos episcopi
qui in ecclesia presidemus. ut episcopatum quoque et ipsum
unum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem fallat
nemo fidei ueritatem perfida preuaricatione corrumpat. Episcopa
tus unus est. cuius singulis in solidum pars tenetur.
Et ecclesia una est que in multitudinem latius incremento fecunditatis

extenditur. Quomodo multi radii sunt solis. sed lumen unum. et rami
arboris multi sunt. sed robur unum tenaci radice fun
datum. et quomodo de fonte uno plurimi riui defluunt. et
numerositas licet diffusa uideatur exundantis copia lar
gitate unitas tamen seruatur in origine. Auelle radium
solis a corpore. diuisionem unitas non capit. Ab arbore fran
ge ramum fructus germinare non poterit. A fonte prę-
cide riuum precisus arescit. Sic et ecclesia domini luce perfusa per totum
orbem terrarum radios suos porrigit. unum tamen lumen est quod ubique diffundi
tur nec unitas corporis separatur. Ramos suos uniuersam terram
copia ubertatis extendit. profluentes largiter riuos latius
pandit. unum tamen caput est et origo una. et una mater fecun
ditatis copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi incorru
pta est et pudica. Unam domum nouit. unius cubiculi sanctitatem
casto pudore custodit. Item. *Non habet deum patrem qui unitatem ecclesie*
reliquerit unitatem.

Alienus est. hostis est. habere non potest deum patrem qui unitatem
non ecclesie tenet unitatem. Item. Dominus cum discipulis suis
ait. ut unanimitatem suaderet et pacem dico uobis
uobis. quia si duo ex uobis conuenerint in terra de omni
re quamcumque petieritis continget uobis a patre meo qui est
in celis. ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in
nomine meo. ego cum eis sum. ostendens non multitudini sed una-
nimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus inquit
de uobis conuenerit in terra. Unanimitatem prius posuit
concordiam pacis ante premisit. ut conueniat nobis fideliter
et firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire
cui cum corpore ipsius ecclesie et cum uniuersa fraternitate non con
uenit. Quomodo autem possunt duo aut tres in nomine Christi colligi quos
constat a Christo et ab eius euangelio separari. Item ier. *Ligandi*
soluendi potestatem non habent qui unitatem pacis catholice non tenent

numinibus consideratis paratione intrinsecus dicit alio tractatu
domo dei ut ipsi sunt et eadem domus dei que dicitur edifi
cata super petram que unica columba appellatur que sponsa pul
chra sine macula et ruga. et ortus conclusus fons signatus.
puteus aque uiue. paradisus cum fructu pomorum. Que
domus et claues accepit ac potestatem soluendi et ligan
di. hanc domum si quis corripientem corripientemque con
tempserit. sit tibi inquit tamquam ethnicus et publicanus. De hac
domo dicitur. domine dilexi decorem domus tue. et locum habitationis glorie tue.
Et qui habitare facit unanimes in domo. et iocundatus
sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. et beati
qui habitant in domo tua in secula seculorum laudabunt te. Item in mora
libus. *Ex sola ecclesia sacrificium dominus accepit.*
Hostia ex sola catholica ecclesia.
Ueritas conspiciatur ipse est locus dominus per quem uidetur.
In petra moyses ponitur. ut dei faciem contempletur. quia
nisi quis fidei soliditatem tenuerit diuinam presentiam
non agnoscit. De qua soliditate dominus dicit. Super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. Sola quippe est per quam sacrificium
accipit libenter. sola que pro erratibus intercedit fiducia-
liter. Unde et de agni hostia dominus precepit dicens. In una domo
comedetur. nec efferetis de carnibus eius extra foras. In
una namque domo comeditur. quia in una catholica ecclesia
uera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina
lex efferri foras prohibet. quia dari sanctum canibus uetat.
Sola est que intra se positos ualida caritatis compage cu
stodit. Unde et aqua diluuii archam quidem ad sublimiora su
stulit. omnes autem quos extra archam inuenit extinxit. Item ciprianus.
Hereticis fides deest quia corpori eius distrepunt.

D Conuocauit ad se episcopum. nec ullam putauit ueram
nisi uere fidei figuram. percunctatusque ex eo est utrumnam
cum catholicis episcopis hic est cum romana ecclesia conueniret. et forte
ad id locorum in scismate regionis illius ecclesia erat. Lucif
fer in sancta comunione diuiserat. et quamquam pro fide exulas
set. et fidei sue reliquisset heredes. non tamen putauit fidem esse in
scismate. Nam et si fidem erga deum tenerent. tamen erga dei ecclesiam
non tenebant. cuius patiebantur uelut quosdam artus diui-
diuidi. et membra lacerari. Etenim cum propter ecclesiam Christus pas
sus sit. et Christi corpus sit ecclesia. non uidetur ab his exhiberi Christo fides
a quibus euacuatur eius passio. atque distrahuntur. Itaque quamquam
uis gratie fenus teneret. et metueret tantam nominis debitor
nauigare. tamen committi se uiuire maluit. uacuo possit exsoluere.
Judicabat enim diuine solutionis gratiam in affectu ac fide esse.
Qua quidem statim ubi primum copiam ecclesie liberior fuit. in
plere non distulit. diuinam gratiam accepit desideratam. et seruauit ac
ceptam. Item ier. *Profanus est extra ecclesiam tamen per agnum co-*
medere temptans.

Quoniam uetus oriens inter se populorum furore collisus indiscis
sam domini tunicam et desuper textam minutatim per frustra de
cerpit. et Christi uineam exterminant uulpes. ut inter lacus contritos
qui aquam non habent difficile ubi fons signatus et ortus ille conclusus
sit. possit intelligi. ideo mihi cathedram petri. et fidem apostolico
ore laudatam censui consulendam. Inde nunc meę animę postu
lans cibum. unde olim Christi uestimenta suscepi. neque uero tanta uastitas ter-
rarum elementa liquentis. et interiacens latitudo terrarum me a pretiosę
se margarite potuit inquisitione prohibere. Ubicumque
fuerit corpus illic congregabuntur et aquile. Profligato a sobole mala
patrimonio apud uos solos incorrupta patrum seruatur auctori
tas. Ibi cespite terram fecundo dominici seminis puritatem
centeno fructu refert. hic obruta sulcis frumenta lo
lium auenaque degenerant. Nunc in occidente sol iustitie
oritur. in oriente autem lucifer ille qui ceciderat super sydera
posuit tronum suum. Uos estis lux mundi. uos sal terre. uos
uasa aurea et argentea. hic testea seu uasa uirgam ferream.
et eternum operiunt incendium. Quamquam igitur tuum me terreat
magnitudo. tamen inuitat humanitas. A sacerdote uicti
ma salutem a pastore presidium ouis flagito. facessat
inuidia romani culminis. recedat ambitio. Cum succes
sore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum
sequens. beatitudini tue idest cathedre petri communione con
sortior. Super illam petram fundatam ecclesiam scio. Quicumque
extra hanc domum agnum comederit profanus est. Si quis in
noe archa non fuerit. peribit regnante diluuio. Et quia
pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigraui que syriam
iuncto barbarie fine determinat. non possum sanctum domini tot
inter iacentibus spatiis a sanctimonia tua semper expetere. Ideo
collegas tuos egyptios confessores sequor. et sub honora-
riis parua nauicula delitesco. Non noui uitalem. mi-
letium respuo. ignoro paulinum. Quicumque tecum non colligit.
spargit. Hoc est qui Christi non est antichristi est. Item Ambrosius.
Hereticorum consortia sunt a catholicis fugienda.
Fides in primis ecclesie querenda manaret. in qua si Christus habitator
sit haud dubie sit legendum. Si uero populus perfidus aut pre
ceptor hereticus deformet habitaculum. uitanda hereti
corum communio. fugienda synagoga censetur. excutiendus pedum
puluis. ne fatiscentibus perfidie sterilis siccitatis tamquam
humi arido arenosoque mentis tue uestigium polluatur. Nam
sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se
debet euangelii predicator iuxta quod scriptum est. Quis infir
matur et ego non infirmor. Ita si qua est ecclesia que fidem respu-

Que dignior domus apostolice predicationis ingressu. quam sancta ecclesia aut
quis preferendus magis omnibus uidetur [illegible] ...
[illegible] ... Nec quia tempore domo pollutum non patiatur habere
uestigium [illegible] ... ante fores [illegible] ... dignetur ... preesse
[illegible] ... nemo dicere ... nemo mutare ... Cui bene dicitur. Unde ad
lectum [illegible] ... non mutatur hospitium ... celestium ... forte ha
bitaciones emeruit.

71

at. nec apostolice predicationis fundamenta possideat. ne
quam labem perfidie possit aspergere desideratam. Quod clarius
apostolus quoque euidenter asseruit dicens. Hereticum hominem post unam
correptionem deuita. Item innocentius.
A fide recedentes perfectionem spiritus amittunt.

E Heretici cum a fide catholica desciuerint. perfectionem spiritus
quam acceperant amiserunt. *Sacerdotii potestatem penitus*
carent heretici.

Cyprianus magno filio salutem. Dicimus omnes omnino hereticos
et scismaticos nichil habere potestatis et iuris. propter quod
nouatianus nec debet nec potest excipi. quominus ipse quoque
extra ecclesiam consistens. et contra pacem ac dilectionem Christi faciens
inter aduersarios et antichristos computetur. Et paulo post. Ecclesia
una est que una et intus esse et foris non potest. Si enim apud nouatia
num est. apud cornelium non fuit. Si uero apud cornelium fuit qui
fabiano episcopo legitima ordinatione successit. et quem
preter sacerdotii honorem martirio quoque dominus glorificauit. nouatia
nus in ecclesia non est. nec episcopus computari potest. qui euangelica et apostolica
traditione contempta nemini succedens a se ipso ortus est. Habe
re namque aut tenere ecclesiam nullo modo potest qui ordinatus in ecclesia
non est. Et paulo post. Quod unum eundemque nos deum patrem eun
dem filium Christum eundem spiritum sanctum nosse dicitur. nec hoc adiuua
re tales potest. Et infra. Inuenimus in tali facinore non solum
duces et auctores sed et participes penis destinatos. nisi ab communione
malorum se separauerint precipiente domino per moysen et dicente. Se
paramini a tabernaculis hominum istorum durissimorum et no
lite tangere ab omnibus que sunt eis ne simul pereatis in peccatis eorum. Quod
comminatus per moysen dominus fuerat impleuit. ut quisquis se a
chore et dathan et abiron non separasset penas statim pro
impia communione persolueret. Quo exemplo ostenditur et probatur obnoxi
os omnes culpe et pene futuros. qui se scismaticis contra prepositos
et sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint. sicut et per osee
prophetam spiritus sanctus contestatur et dicit. Sacrificia eorum tamquam
panis luctus omnes qui manducant ea contaminabuntur.
docens scilicet et ostendens omnes omnino cum auctoribus suis supplicio
coniungi qui fuerint eorum peccato contaminati. Que igitur apud eos meri-
ta esse circa deum possunt. quibus supplicia diuina irro-
gantur. Et infra. Sicut non forsitan heretici et scismatici non habent
spiritum sanctum. et ideo apud nos manus imponitur. ut hic accipiatur quod
illic nec est. nec dari potest. manifestum est nec remissionem
peccatorum per eos dari posse quos constat spiritum sanctum non habere. Item pela-
gius papa. *Nec consecrat nec est consecratus in scismate consti-*
tutus episcopus.

F Uidendum autem tradicium rapina in diuisione est. non consecratur
sed exsecratus episcopus. Sicut ipsum congregationis nomen recta bibli-
ca cuiuslibet intellectu discutiamus. si quis cum uniuersali dissensit
tate ecclesia consecrari. consecratus dici. Certe nulli potuit recte con
secrare. Hi sunt sacre. Si ab ecclesie uisceribus diuisus et ab
apostolicis sedibus separatus est. exsecratus ipse potius non consecratur. Iure
ergo exsecratus tantum non consecratus potius dici. qui sunt sacra
te unitate conuictus membris non agnoscitur ecclesie. Uide
amus tamen utrum ut ipsarum consuetudine partium in sua ex
ordinatione conseruauit. Nempe hic mos antiquus fuit.
ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab apostolico
onerosum illis fuit ordinari. ipsi se inuicem mediolanensis
et aquilegiensis ordinare episcopi debuissent. ita tamen ut in ea ciui
tate. in qua erat ordinandus episcopus alterius ciuitatis pontifex oc
currere debuisset. ut ordinandi electio a presenti ordinatore
ex consensu uniuersitatis cui preficiendus erat ecclesie melius ac faci
lius potuisset agnosci. et in sua qui ad eperatum prouehendus erat.
nec tamen ordinationi suo subdendus fuit ut ordinaret ecclesie.

Et enim sicut cum diximus ecclesia una sit, cui in canticis canticorum dicitur: Una est columba mea. nulli aliamet constat, utique apostolica est radice fundata, a qua ipsa fidem universo orbe propagatam non potest dubitari. Quod ut nobis liceat notissimum omnibus sit, beati tamen Augustini testimonio comprobemus. Audite quid in quadam ope suo preclarissimus doctor dicat ecclesie. Et iterum. Quod si nullo modo reciperetur dicit ecclesia unquam scisma esse, restat ut quam ecclesia nullatenus potest esse sit quam in sedis apostolice per successiones episcoporum radice constituta nullorum hominum malitia et si nota excludi non possit, sed per tempora tolerande iudicet, ullo modo valeat extinguere. Idem. Unitatem non communicat scismaticis consentiens.

Scisma siquidem ipsum quod grecum nomen est scissuram sonat. Sed in unitate scissura esse non potest. Neque unitati communicat qui scismaticis communicat. partes sibi ipsi fecerunt, et ab eo quod unum est, ut apostoli verbo iam nobis loquar semetipsos segregantes spiritum non habentes. Quibus omnibus illud efficitur ut qui in unitate unum non sunt, ut qui in parte esse voluerunt, ut quia spiritum non habent corporis esse sacrificium habere non possunt. Nam nobis nec illa questio est utrum tolerare malos, sed utrum debeamus scismaticis sociare. Sed et ipsi licet in suo sensu habundantes unitatem materna non possint in sancta querere, unitatem a nobis repellerant donec ipsorum more duce veritas claruisset. Sed quia se ab unitatis sancte ecclesie divisere, sicut beatus Augustinus ait omnis catholicus secum comparte detestatur, cum ecclesia universalis et apostolicis sedibus roboratam non communicare non cognoscitur. Nec hi te urgeat eorum crimen magis auget quod eo dicere statuisse dixisti ne a publicis communicantes sedibus in suasione recipere. In hiis enim duo et illi culpandi sunt qui communicare talibus voluerint, multo magis tamen illi excecandi sunt qui non solum in sacerdotibus communione apostolicarum sedium verum et impiis illarum separaverunt. Sed nec illud eis prodest quod eo veneranda illatis sit ignorantia temporis, ubi simplicitate intellectus sui antea se communione suspendisse perhibetis. Idipsum nunc magis est propterea quod scismatici sunt, quam eo diversa sentiendi iudicium, sed quod eam apostolice sedes lata sibi tamen longa iam metuentes et apostolice sedem tamen eodem pessima divina sit opinio. Quod scisma separatum esse beatus Augustinus de nitatur dicens. de talibus ad diversus auctoritatem illam certa que apostolica sede episcoporum atque temere, immanissimum crimen scismatis a se propulsare potuit ad ultimam. aut illo ecclesiam et communem. aut due ecclesie esse non possunt. neque absit scismatico iudicabitis. aut simul in pluribus sedibus esse constat ecclesiam et illo ab unitate diviso cognoscere. cum omnis questione esse solutam quorum quem in unitate constat esse non posse. Nolite quasi scismaticorum atque ecclesie differentia sit vel le indifferenter utrique sacrificii sociari. Non est corpus Christi quod scismaticus conficit. Sanitate duce dirigimur. Nec enim divisum esse potuerit Christum quisquam sine apostoli reprehensione confringere. Unam ut sepe dictum est que Christi corpus est constat ecclesiam in duo aut in plura dividi non potest. Sunt nunc ab ea quisque discesserint ecclesia esse desistunt. Item Nicholaus papa scribit Michaeli augusto. Ut quo episcopus fidei contradicens ... expoliari non potest.

Ut celestinus papa orientalibus episcopis scribens. Siquis ab episcopo Nestorio ... qui eum sequuntur ex quo talia predicare ceperunt ... vel excommunicatus est vel exutus, seu antistites seu clerici dignitate hic intra communionem durasse et durare manifestum est nec iudicamus eum esse remotum qui non potuit quemquam eius remouere sententia qui iam se prebuerat ipse remouendum. Idem ad clerum constantinopolitanum. ... hereticis ... excommunicantur.

... inquit sedis nostre sancta auctoritas nullum suum episcopum clericum seu professione aliqua christianum qui a Nestorio vel eius similibus ex quo talia predicare ceperunt, vel dignitate vel loco suo deiecti sunt vel etiam excommunicati, videri hi sanos intra communionem huiusque perdurare. quia nemine deiecit ut remouere potuit qui predicans talia titubabat. In illis enim sumpsit ex super memoratis non potuisse, ut non dicamus per latum suum sacri quietius remouere. qui fuerunt olim remoti. nec deicere quemquam iam in prostratum. Si hiis auctoritatibus spiritue monstratur quod ex quo aliquis a fide cepit aliquid docere. nec deicere aliquem valet nec dampnare. Obiciet aliud augustinus. Recedentes a fide nec baptisma nec baptizandi potestatem amittunt. Cum igitur sacerdotale unctione utrique potestas baptizandi videlicet et excommunicandi sequantur a fide recedentes. aut utraque retinent aut utraque carent. Sed aliud est potestas officii, aliud executio. Plerique officii potestas vel accepti velut a monachis sacerdotali unctione vel accepta sine fine executione retinetur. velut iam suspensis quibus administratio interdicta potestas non aufertur. A fide itaque recedentibus potestas non amittitur, sic redeuntibus non redditur. ne iterum sacramento iniuria fieri videatur. Unde ab hereticis baptizati vel ordinati, cum ad unitatem catholice fidei redierint, si forte in virtute ecclesiastice pacis usus recipiunt ordinibus non iterabitur sacramentum in forma ecclesie probabitur ministratum. sed per impositionem manus prestabitur virtus sacramenti que extra ecclesiam nulli docetur esse collata. Cum igitur potestas in hereticis remaneat, si hereticus catholicum aut unum hereticum excommunicauerit ut in communione sui heresis illum deducat. quam utique sententiam ponderare ... catholicum prout vivere et in hereticum flagitii et facinoris dedicari ut illis adrecte ... norma ... tenere in decet. Auctoritate antiqui heretici sententia teneri ... quemadmodum videt. Post iudicia catholicum sententia hereticum minime tenuit. Non potest enim sic gladio ferire quem ... et inque testificari non valet. Sicut quos divina testimonia nos sequuntur. qui a extra ecclesiam sunt: potius summi testimonii prodidit ... qui in ecclesia esse videntur. nec abusus consideratis ecclesiastice auctoritatis pondus habere potest. qui ab ea fide discessisse probati sunt ... ab ecclesia sunt condempnati. In hereticum aut potestate hereticus videtur hereticus. sic diabolus potest ... tamquam in suo peccatum. Unde augustinus scribit Vincentio donatiste ... rogatum ... nore ab hereticis prolatum ... a catholicis non est recipienda.

usque, pro aliquo flagitio et facinore, preceptum a nobis translatus per sic suscipiunt quicquid excepto errore quo a nobis separati sine crimine apud nos vixerunt ... nobis sed nec facile istam monstrari et si monstretur in nullo tolerante quo corrigi et puniri non possumus. neque propter paleam relinquimus aream domini. neque propter pisces malos rumpimus retia domini neque ... sine segregando deserimus gregem domini. neque propter ... in contumeliam migramus de domo domini. Sed istud augustinus intelligitur dictum non propter sententiam et potestatem utraque extra ecclesiam. sed in detestatione criminum que in hereticis sicut in catholicis eque sunt punienda. Post enim illud augustinus de potestate baptizandi, ligandi aut solvendi ... tota sacramenta ministrandi. Baptisma namque sui ab hereticis sive ... ministratum fuit. dum modo in unitate catholice fidei accipiatur. non carebit effectu. Quamvis sacramenta ut sacramenta corporis et sanguinis ... communicationis ... ab heretico et catholico non sacerdote ministrentur et nullum

talem habebit effectum. Unde ab omnibus fidelibus nulla tenus sunt recipienda. Hinc augustinus scribit in pro moliss de baptismo. In extremo positus et ab heretico penitentiam accipere non licet.

Si quem forte coegerit extrema necessitas, ubi catholicum per quem accipiat non invenerit et in animo pacem catholicam custodiens per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit quod in perpetuum erat catholice deputatum. Si autem fuerit a corporali morte liberatus cum catholice congregationi presentia corporali redierit unde nunquam corde discesserat non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus. quia presentem deum credidit corde suo in unitate servabat. Item lucianus papa. Annum peniteat qui de manu heretico nesciens penitentiam ... communione acceperit.

Si quis dederit aut acceperit communionem de manu heretici et nesciat quod ecclesia catholica contradicit postea intelligens annum integrum peniteat. Si autem scit et neglexerit et postea penitentiam egerit. x. annis peniteat. Alii iudicant vii. et humanius ut v. annis peniteat. Si quis permiserit hereticum missam suam celebrare in ecclesia catholica et nescit. xl. dies peniteat. Si pro veneratione eius annum unum peniteat. Si pro dampnatione ecclesie catholice et consuetudini romanorum. proiciatur ab ecclesia sicut hereticus nisi habeat penitentiam. Si habuerit. x. annis peniteat. Si recessit ab ecclesia catholica in congregatione hereticorum et alios persuaserit. et postea penitentiam egerit. xii. annos peniteat. tres extra ecclesiam et vii. inter audientes. et duo adhuc extra communionem. Deinde in canone dicitur ut xii. anno communionem sine oblatione percipiat. Idem augustinus. Potest et morte arripi qui de manu hereticorum communionem accipere.

Ermenigildus rex iuvenis terrenum regnum despiciens et forte desiderio celeste querens in cathenis iacens in cilicio et omnipotenti deo ad confortandum se preces fundere. tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despiceret. quo et religatus agnoverat nil fuisse quod potuit auferri. Superveniente autem paschalis festivitatis die. intempeste noctis silentio ad eum perfidum patrem arrianum episcopum misit. ut de eius manu sacrilege consecrationis communionem perciperet. atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deo deditus arriano episcopo venienti exprobavit ut debuit. eique a se perfidiam dignis increpationibus repulit. quia etsi exterius iacebat ligatus apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reuerso episcopo pater arrianus infremuit. Statimque suos apparitores misit. qui constantissimum confessorem dei illic ubi iacebat occiderent.

Quod autem post mortem nullus excommunicari valeat et absolui, ubi evangelium monstrat quibus dicitur. Quodcumque ligaveris super terram et cetera. Super terram inquit in sublimi ostendens quod viventes pro veritate ... malorum mitorum solvere plurimum ligare. demortuis autem sententiam ferre non possumus. Unde leo papa scribit rustico narbonensi episcopo. Non possunt ab ecclesia solvi per morte qui in ... vita ab ea non volueri absolui.

... communione privatis et ita defunctis

horum cum divino iudicio reservandum est in manu sunt. ut talium obitus nunquam actioni remedium differret. Non autem quibus viventibus non communicamus mortuis communicare non possumus. Item gelasius papa fausto magistro fungenti ... Ecclesia viventes potest ligare et solvere. non potest mortuos. Legat ... mortuos suscitasse ipsum legimus. interritore mortuos absolvisse non legimus. qui hic tamen faciendi solus habuit potestatem. beato petro apostolo principali mandavit. quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis. et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis. Super terram inquit. Nam alliga-

tione defunctum nusquam dixit esse absoluendum. Item Eucharius uilimundo episcopo. Non oportet ab eorum elemosinis abstinere post mortem quibus viventibus communicavimus ... ane quod super richardo ...

